S. 1802. c. 29.

S 1802 .C29

NOVI COMMENTARII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE

TOM. XIV.

pro Anno MDCCLXIX.

PARS SECVNDA

CONTINENS CLASSEM ASTRONOMICAM.

PETROPOLI

TYPIS ACADEMIAE SCIENTIARVM

MDCCLXX.

NOVI COMMENTARII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE

TOM. XIV.

BRITISH MUSEUM NATURAL HISTORY.

PETROPOLI
TYPIS ACADEMIAE SCIENTIARVM
MDCCLXX

SVMMARIVM DISSERTATIONVM,

QVAS CONTINET

NOVORVM COMMENTARIORVM

TOMVS XIV.

PARS II.

SUMMARIUM
DISSERTATIONUM,
QUAS CONTINET
NOVORUM COMMENTARIORUM
TOMUS XIV.
PARS II.

Expositis in superiori praefatione, quae ad historiam expeditionum AVGVSTAE iussu anno 1769. ad obseruandum Veneris sub Sole transitum in Imperio Russico institutarum pertinebant; superest, vt ipsarum obseruationum, quarum in hoc volumine plena expositio continetur, succinctum hic conspectum exhibeamus. Neque vero soli Astronomiae messem ampliſſimam ista itinera obtulerunt, sed alias quoque suppeditauerunt obseruationes ad theoriam magneticam et meteorologiam spectantes notatu quam maxime dignas; vnde heic singula ordine breuiter delineari conuenit.

I.

Expositio obseruat. Astronomicarum.

Singularum harum obseruationum potiora momenta sequens repraesentat tabula, in qua longitu-

dines geographicae a meridiano Parisino computari censendae sunt; et quatuor contactuum Veneris cum ☉le singuli suis numeris I, II, III, IV designantur.

Observator	Loc. observationis	Eclipsis ☉lis	Trans. Veneris sub Sole
Rumovski	Kola.		
	Latit. 68°. 52′. 28″	Finis . . 11^{h}. 30′. 16″	Contact. II. 9^{h}. 42′. 2″
	Longit. 2^{h}. 2′. 52″		Contact. III. 15^{h}. 35′. 22″
Mallet.	Ponoi.		
	Latit. 67^{h}. 4′. 30″	Finis . . 0^{h}. 7′. 55″	Contact. I. 9^{h}. 56′. 33″, 3
	Longit. 2^{h}. 34′. 57″		Contact. II. 10^{h}. 15′. 3″. 7
Pictet.	Vmba.		
	Latit. 66°. 39′. 47″	Finis . . 11^{h}. 34′. 24″	
	Longit. 2^{h}. 7′. 21″		
Islenief.	Iakutsk.		
	Latit. 62°. 1′. 50″	Initium 5^{h}. 5′. 52″	Contact. IV. 10^{h}. 8′. 56″
	Longit. 8^{h}. 29′. 49″	Finis . . . 6^{h}. 52′. 37″	
Majer.	Petropolis.		
	Latit. 59°. 56′. 23″	Initium 9^{h}. 10′. 28″	Contact. III. 15^{h}. 25′. 43″
	Longit 1^{h}. 52′. 0″	Finis . . 11^{h}. 6′. 14″	Contact. IV. 15^{h}. 43′. 41″
Krafft.	Orenburg.		
	Latit. 51°. 46′. 0′	Initium 23^{h}. 30′. 22″	Contact. III. 17^{h}. 5′. 6″
	Longit. 3^{h}. 31′. 20″	Finis . . 25^{h}. 2′. 43″	Contact. IV. 17^{h}. 23′. 34″
Euler.	Orsk.		
	Latit. 51°. 12′, 32″	Initium 23^{h}. 51′. 43″	Contact. III. 17^{h}. 18′. 26″
	Longit. 3^{h}. 44′. 30″		Contact. IV. 17^{h}. 36′. 57″
Lowitz.	Gurjef.		
	Latit. 47°. 7′. 7″	Initium 23^{h}. 29′. 51″	Contact. III. 16^{h}. 52′. 55″
	Longit. 3^{h}. 18′. 47″	Finis . . 0^{h}. 26′. 48″	Contact. IV. 17^{h}. 11′. 6″

II.

Expoſitio methodorum cum pro determinanda parallaxi Solis, ex obſervato tranſitu Veneris per Solem, tum pro inueniendis Longitudinibus locorum ſuper terra ex obſeruationibus eclipſium Solis, vna cum calculis et concluſionibus inde deductis

pag. 341.

Ex quo tempore, vera lex quam Planetae in motibus ſuis circa Solem ſequuntur, a *Keplero* primum detecta fuit; relatiuae horum corporum a ſe inuicem diſtantiae quoque innotuerunt, quippe quum harum diſtantiarum cubi ſequantur rationem quadratorum ex ipſis temporibus periodicis. Quamvis vero ſic veram proportionem has diſtantias intecedentem aſſignare licuerit, nullam tamen earum per menſuras datas et cognitas accurate exprimere valuerunt Aſtronomi; adeo vt Aſtronomia hoc reſpectu aſſimilari potuerit mappae Geographicae accurate delineatae, cui tamen nulla adiecta erat Scala, ex qua de diſtantiis locorum iudicium inſtitui poſſet. Quemadmodum igitur eiusmodi mappam ad vſus Geographicos plane inutilem eſſe, quiuis facile concedet; ita ad perfectionem Aſtronomiae multum

multum quoque valere, si distantia Terrae et reliquorum Planetarum a Sole ad mensuras cognitas reduci queat, nemo inficias ibit. Inter reliquos autem modos, quibus parallaxin Solis determinare adgressi sunt Astronomi, obseruationes transituum Veneris sub Sole tanto maiorem praerogatiuam merentur, quanto certiores sunt conclusiones, quae ex illis hoc in negotio deducuntur. Insigne vero pretium huiusmodi obseruationibus vel ex eo accedere videtur, quod rarissimae sint, quum intra spatium mille annorum non vltra 13 vel 14 huiusmodi transitus obseruari queant. Astronomi igitur nostri Seculi de insigni felicitate sibi gratulari possunt, quod intra decursum nouem annorum rarissimum hoc phaenomenon bis se ipsis spectandum praebuit, Anno scilicet 1761. d. 26. Maii et Anno 1769. d. 23. Maii. Anno quidem 1761. variis in locis huius phaenomeni institutae fuerunt obseruationes, ex quibus tamen veram quantitatem parallaxeos Solis exacte determinare non licuit, siue ob incertitudinem et insignem discrepantiam obseruationum; seu etiam ob insufficientiam Methodorum, quibus parallaxin Solis ex istis obseruationibus elicere anniſi sunt Astronomi. Tanto igitur maioris momenti res erat, vt transitus posterior Anni 1769. in variis et maxime dissitis terrae locis obseruaretur. Hunc in finem AVGVSTISSIMAE *Russiarum* IMPERATRICI pro summa qua scientias et artes liberales fouet et amplectitur clementia, placuit,

non

non ſolum in regiones Boreales et Orientales magni huius Imperii exercitatiſſimos ablegare Aſtronomos; ſed etiam magnificentiſſimos ſumtus eum in vſum erogare. His autem Aſtronomis ſuis laboribus defunctis, tantum ſuperfuit, vt obſeruationes inſtitutae calculo ſubiicerentur atque quantitas parallaxis Solis ex iis eliceretur.

Praeſens itaque diſſertatio expoſitionem continet Methodi elegantiſſimae a ſummo noſtri aeui Mathematico Illuſtr. *Eulero* excogitatae, pro determinanda parallaxi Solis ex obſeruato tranſitu Veneris, atque applicationem eiusdem ad obſeruationes Anno 1769. inſtitutas, nec non ipſam determinationem parallaxis inde eruendam. Nimis vero prolixum euaderet, ſi huius Methodi accuratam delineationem heic adferre vellemus, imprimis quum vnus quisque Aſtronomiae cultor non intermittet penitiorem eius cognitionem ex ipſa diſſertatione ſibi comparare; monuiſſe tantum ſufficiat, eam praecipue in eo verſari, vt binae eruantur expreſſiones pro diſtantia apparente centrorum Solis et Veneris, quae contactui cuidam ſiue interno ſeu externo reſpondit, vna nimirum ex ipſa obſeruatione petita, qua ſcilicet haec diſtantia aequatur ſiue ſemiſummae, ſeu ſemidifferentiae diametrorum Solis et Veneris, altera vero ex elementis Aſtronomicis elicienda, vbi haec diſtantia aequalis eſſe debet diſtantiae verae horum centrorum per effectum parallaxis correctae. Quum vero ad diſtantiam veram centrorum pro

tempore quodam obſeruato rite cognoſcendam, neceſſum ſit, vt tam Longitudo quam Latitudo Veneris, nec non Longitudo Geographica loci in quo obſeruatio inſtituta fuit, exacte innoteſcant; euidens eſt poſteriori harum expreſſionum aliquam ſemper adiiciendam eſſe correctionem, ex correctionibus Longitudinis et Latitudinis Veneris, vt et Longitudinis loci pendentem. Simili autem ratione prior expreſſio propter leuiſſimos quosdam errores in aſſignandis diametris Solis et Veneris commiſſos, correctionem quoque admittet. Poſtquam autem ope ſufficientis numeri aequationum, ſingulas has correctiones eliminare licuerit, adeo vt ad eiusmodi perueniatur aequationem, quae ſolam parallaxin vt incognitam inuoluat, tum demum eandem quantum fieri poteſt, exacte determinare licebit. Et in eo quidem praecipue praeſtantia nouae huius methodi prae antea vſitatis, quam maxime elucet, quod hae correctiones in calculum ſint introductae, iis enim penitus neglectis, valores pro parallaxi inveniendi, non poſſunt non quam maxime eſſe incerti et a veritate alieni.

Ex multiplici vero comparatione aequationum pro Fortalitio Principis Walliae ad Sinum Hudſonis, nec non pro Arce Sti Ioſephi in California inuentarum, cum iis quae pro obſeruationibus in Europa et Aſia inſtitutis, obtinentur; inuentum fuit, parallaxin Solis, quae tempore obſeruationis Anni 1769 obtinuit, fuiſſe $8''$, 62 ſeu $8''$, $37'''$, vnde pro diſtantia

tia media eadem erit $8''.47'''$. Deinde quoque hinc liquet distantiam hanc mediam continere 23493 semidiametros telluris, atque Solem 1308238 vicibus tellure nostra esse maiorem. Reliquorum denique elementorum correctiones ita se habent, vt Longitudo Veneris in Ephemerid. Cel. *la Lande* assignata $16''$ augeri debeat, Latitudine $9''$ augmentum admittente, diameter autem Veneris tantum $57'', 3$ statui debeat, quae a D. *la Lande* $59''$ assumta fuerat.

Quum autem ad calculum obseruationum transitus Veneris rite ineundum necessum esset, Longitudines locorum, in quibus hae obseruationes factae erant, probe cognoscere, atque commode acciderat, vt nonnullis horis post transitum Veneris elapsis, Eclipsis Solis insignis contingeret, obseruationes quoque super hac eclipsi Solari institutas exacto subiicere calculo e re erat, vt inde certa cognitio peti posset Longitudinis locorum, vbi initium vel finem Eclipsis obseruare licuit.

Noua quam hunc in finem adhibuit Methodus Illustr. *Eulerus*, eodem tendit ac methodus supra expositа pro Venere, scilicet vt duae quaerantur expressiones pro distantia apparente centrorum Solis et Lunae, atque ex aequationibus inde oriundis, eliminatis primum incognitis propter correctionem differentiae meridianorum ingredientibus, quaerantur valores correctionum tum pro Longitudine

ac Latitudine Lunae, cum pro eius Parallaxi et diametro apparente. Haecce autem eliminatio pro iis tantum locis inſtitui poteſt, vbi tam initium quam finem obſeruare licuit, quare ex talibus obſeruationibus correctio elementorum Aſtronomicorum primum eruenda erit, deinde autem iisdem inuentis, ex vnica obſeruatione Longitudo loci obſeruationis, tam accurate definiri poterit, quantum ipſa obſervationum certitudo permittit. Inuentum autem eſt, correctionem longitudinis Lunae poſitiuam eſſe et ad $1'.8''$ aſſurgere, Latitudinis correctionem vero diminutiuam eſſe et $27''$ abſolui, quin etiam parallaxin Lunae horizontalem ex Tabulis *Mayerianis* deſumtam $21''$ minuendam eſſe, quae poſtrema concluſio receptae Aſtronomorum opinioni haud parum aduerſatur.

Quisquis ſcientias Mathematicas vel primis deguſtauit labris, nouit quantum vt ad reliquarum ſcientiarum Mathematicarum, tum imprimis Aſtronomiae perfectionem Illuſtr. *Eulerus* contulerit; ſperamus autem fore, vt qui hanc diſſertationem ſedulo euoluere voluerint, agnoſcant eum inſignem hiſce meritis iam addidiſſe cumulum, atque ſummo huic Mathematico ſoli, eum deberi honorem, quod eius opera vera Parallaxis Solis atque dimenſio totius ſyſtematis Solaris iam accurate determinata et ſtabilita ſint.

III.

III.

Obſeruationes magneticae.

Ad obſeruanda duo illa ſingularia magnetis phaenomena, declinationem et inclinationem, adhibitae ſunt acus magneticae optimae notae Pariſiis vel et Petropoli conſtructae; et duo inclinatoria eiusmodi, qualia a Celeberr. *Daniele Bernoullio* ſunt inuenta; cuius inſtrumenti legi poteſt deſcriptio pag. 55. et in libris ibi allegatis:

1. Obſeruationes circa declinationem. Anno 1769.

Kolae	declinatio acus magneticae	2°. verſus occid.
Ponoi	- - - - -	1°. 10′ verſ. orient.
Vmbae	- - - - -	3°. 30′ verſ occid.
Iakutsk	14. October 1768. -	5°. 15′ verſ. occid.
Ibidem	22. Iunii 1769. -	5′. 0′ verſ. occid.
Orenburgi	- - - -	3°. 20′ verſ. occid.
Orskae	- - - - -	0°. 15′ verſ. occid.
Guriefii	- - - - -	3°. 25′ verſ. occid.

2. Obſeruationes circa inclinationem. Anno 1769.

Petropoli	- - Inclinatio acus magneticae	$73\frac{2}{3}^{\circ}$.
Ponoi	- - - - - - -	$77\frac{1}{2}^{\circ}$.
Kolae	- - - - - - -	$77\frac{3}{4}^{\circ}$.
Vmbae	- - - - - - -	$75\frac{1}{2}^{\circ}$.

IV.

Obſeruationes circa longitudinem penduli ſingula minuta ſecunda pulſantis.

In experimentis pro definienda longitudine penduli ſingula minuta ſecunda pulſantis Cl. Dn. *Mallet* eo ipſo pendulo inuariabili vſus eſt, quod *Quito* fuit conſtructum et a Cel. Dn. *Condamine* in Europam allatum, quodque ipſi a Cel. Dno. *La Lande* Petropolin fuerat transmiſſum; cuius deſcriptio ſine dubio Aſtronomis dudum nota eſt, et repeti poteſt ex pag. 42. Hoc pendulum pro gradu + 15° thermom. Reaumuriani Pariſiis 98891; Parae autem 98740 oſcillationes intra 24 horas temporis medii abſoluebat, experimenti initio integro oſcillationis arcui 8 lineis conceſſis. Reuocato ad vſum hunc horologio exactiſſimo, et captis quam plurimis experimentis patuit, idem pendulum eadem aëris temperie et eodem temporis medii interuallo Petropoli 98941 oſcillationes abſoluiſſe, in oppido Ponoi autem 98964; ex quibus experimentis reperitur

Longit. penduli ſimplicis ſingula minuta ſecunda pulſantis.

Petropoli 441, 02. linear.
Ponoi 441, 22. linear.

cedit

Excedit ergo longitudo eiusmodi pendulorum pro Petropoli, et *Ponoi* longitudinem talis penduli pro Parisiis quantitatibus $\frac{45}{130}$ linear. et $\frac{65}{130}$ linear; ex obseruationibus vero Celeb. Dn. *Bouguer* et Condamine constat, pendulum Parisiense excedere pendulum aequatoris quantitate 1, 50. linear.

Quodsi nunc iidem excessus ex principiis Newtoni et Hugenii computentur; exiguum aliquod discrimen inter binas illas determinationes, vnam ex theoria, alteram ex obseruationibus deductam cernitur, quod innuere videtur, incrementum vis gravitatis ab aequatore ad polum, non, vt Newtono et Hugenio visum fuit, rationem quadratam sinus latitudinis, sed paulo maiorem sequi; quae disquisitio vlteriori physicorum examine vtique est dignissima.

V.

Obseruationes meteorologicae.

In omnibus iis locis, ad quae obseruatores missi fuerant, institutae sunt tam thermometricae, quam barometricae obseruationes; de quibus cum huic tomo inserta sit peculiaris Celeb. Dn. *I. A. Euleri* dissertatio, pluribus infra disseremus.

VI.

VI.

Determinatio longitudinis geographicae obſeruatorii Orenburgenſis.

Auctore W. L. Krafft.

Methodus ex Veneris ſub Sole tranſeuntis obſervationibus parallaxin Solis horizontalem definiendi, qua ante, quam Illuſtr. *Eulerus* nouam ſuam et praeſtantiſſimam methodum cum erudito orbe in praeſenti opere communicaret, Aſtronomi vſi ſunt, pro iis locis, in quibus totum Veneris tranſitum obſeruare non licuit, ſummam poſtulat praeciſionem in ſtabilienda longitudine geographica loci, vbi obſeruatio eſt inſtituta. Abſoluta ergo Veneris obſeruatione, Petropolin redux id inprimis mihi negotii datum exiſtimaui, vt ſitum mei obſeruatorii, quam fieri poteſt, exactiſſime definirem; Reuocatis igitur ad calculum obſeruationibus Orenburgi a me inſtitutis, pro longitudine Orenburgenſi triplicis generis determinationes obtinui optato conſenſu inter ſe conſpirantes; ex obſeruationibus nimirum

1. Satellitum Iouis $3^h. 31'. 25''$.
2. Eclipſis Solaris $3^h. 31'. 20''$.
3. Veneris in Sole $3^h. 31'. 19''$.

Qua

quo temporis interuallo Orenburgum a Lutetiis Parisiorum versus orientem distat. Eo autem magis, hunc laborem suscepisse, e re videtur, cum perpensis omnibus circumstantiis, pateat, obseruationem Veneris Orenburgi vel Gurieſii factam, cum ea, quae in California est instituta, praecipua cum vtilitate pro definienda parallaxi solari posse comparari.

VII.

Obseruatio Cometae anni 1770.

Auctore W. L. Krafft.

Cum in itinere, quod ad perficiendam obseruationibus astronomicis geographiam imperii *Russici* facere instituera m, Kameneczi in Polonia aliquot dies versarer; arrisit coeli serenitas, vt non solum huius vrbis, *Moldauiae* finibus contiguae, positionem geographicam definire, sed Cometae etiam tum conspicui aliquot loca obseruare potuerim. Quas obseruationes cum ex itinere redux Illustr. Academiae offerrem; ea istas huic Tomo Commentariorum, si quis forte earum vsus pro definienda huius Cometae orbita Astronomis esse possit, extra ordinem chronologicum inserendas statuit.

Obſeruationes autem ſunt ſequentes: Kameneczi in Polonia.

Eleuatio poli . . . . . 48°. 40′. 53″.
Longitudo a Lutetiis Pariſiorum 1ʰ. 38′. 45″
ſeu in gradibus 24°. 41′. 51″.

Loca Cometae.

1770. Menſe Iunio n. ſt. ſub merid. Kameneczenſi.

	Aſcens. recta	Declin. bor.
28ᵈ. 11ʰ. 44′. 11″. t. v.	275°. 47′. 26″	2°. 59′. 8″
29ᵈ. 12ʰ. 37′. 0″. t. v.	279°. 6′. 32″	12°. 54′. 42″.

METEOROLOGICA.

VIII.

Obſeruationes meteorol. pro annis 1764. 1765. 1766. 1768.

Auctore I. A. Braunio.

Cum obſeruationibus meteorologicis Cel. Auctor vsque ad obitum ſuum, quo ad ſuperiorem phyſicam tantis viciſſitudinibus non ſubiectam ſuit euocatus, eadem methodo et eadem cura inuigilaverit; nihil eſt, quod, dum obſeruationes ipſius pro annis 1764. 1765. 1766. 1768. Petropoli ab ipſo inſtitutas in lucem edimus, hic praecipue monendum videri poſſit: vnde lectorem ad ipſas diſſer-

dissertationes partim ab ipso b. Viro conscriptas, partim post eius obitum in compendium redactas et paginis 574 — 626 insertas ablegamus.

IX.

Summarium observationum meteorologicarum Petropoli anno 1769. institutarum.

Auct. I. Alberto Eulero.

Celeb. *Braunio*, cuius quam plurimae in nostris Commentariis observationes meteorologicae extant, satis functo, Celebr. *Albertus Eulerus* eas serie non interrupta continuandi in se suscepit provinciam. Laborum itaque suorum meteorologicorum primitias pro anno 1769 in praesenti dissertatione Vir. Celeb. exhibet, et praemissa instrumentorum et methodi, quibus vsus est, descriptione tam barometricarum, quam thermometricarum observationum potiora momenta pro singulis anni mensibus sistit; subiunctis simul, quae de constitutione coeli et ventorum imperio aliisque meteoris digna notatu videbantur, inter quae aurorae inprimis boreales, in nostris regionibus tam frequentes, seduli coeli scrutatoris attentionem prouocant, quarum quippe theoria ingenio Cel. Dni *Mairan* tam egregie exculta non nisi earundem historiam, quam qui-

quidem fieri poteſt, completam deſiderare videtur. Quod ad barometricas obſeruationes attinet; nouam et ingenioſam ſibi Cel. Auctor effinxit methodum, barometri variationes graphice repraeſentandi; earum ſcilicet legem, ſi qua ſit, ſcrutaturus tempora obſeruationum per abſciſſas expreſſit, quibus altitudines obſeruatae ipſae tanquam coordinatae inſiſtunt, vnde barometri viciſſitudines, quantopere etiam ſint variabiles, per lineam curuam repraeſentantur, in qua quiquid eſt notatu dignum, vno quaſi obtutu conſpici poteſt; percommodum ſimul accidit, vt ab Aſtronomis Academiae peregrinantibus magnus numerus obſeruationum meteorologicarum in regionibus imperii *Ruſſici* quam maxime diſſitis eodem tempore factarum Petropolin .mitteretur, quarum graphicam repraeſentationem Cel. *Eulerus* in annexo ſchemate exhibet; eo autem magis haec methodus commendari meretur, quo patet euidentius, vix quidquam alia methodo in meteorologicis certi, ſi quid modo iis inſit, conſtitui poſſe, cum hic tota curuae barometricae natura omnesque eius flexus obſeruatoris obtutui exponantur.

ASTRO-

ASTRONOMICA.

OBSERVATIONES VARIAE

a IACOBO ANDREA MALLET.

IN LAPPONIA AD PONOI INSTITVTAE ANNO 1769.

Inter plures quos Imperialis Scientiarum Academia, *Majeſtate* ſuprema iubente, elegit, tranſitum Veneris per Solis diſcum anno 1769. obſeruaturos, munus mihi demandatum fuit, extremam Ruſſiae Septentrionalis plagam petendi. Hoc ipſum perfecturus ineunte Aprili 1768. Geneua profectus ſum, vna cum Clar. PICTET hac ipſa de cauſa idem iter ſuſcipiente, ac die 19. Iunii Petropolim aduenimus.

Academiae erat in votis tres quatuorue obſervatores in Lapponiam mittere, ſed nondum ſtatuta

erant loca, in quibus hae obſeruationes inſtituerentur, et grauiſſimis difficultatibus huiusmodi itinera obnoxia videbantur; nimirum dubitandi locus erat, num terreſtri itinere noſtra inſtrumenta transuehi poſſent: mari enim id fieri non poterat; ſiue ante hyemem, ſiquidem ex Anglia et Gallia, vnde petebantur, aduehi tempeſtiue non poterant; ſiue verno tempore, tunc enim vsque ad menſem Iunium mare, ibi glacie concretum, nauigantibus iter obſtruit. Nec praetermittenda, quae manentibus ad plures menſes in regionibus gelu rigentibus, et fere inhoſpitis, in quibus ipſa ad vitam neceſſaria deſunt, euenire poſſent; quibus omnibus fiebat, vt ipſum ſuſceptum in dubium reuocaretur. Sed his occurrit incredibilis propemodum Prudentia Imperatricis ſemper Auguſtae, cui ſummopere cordi erat haec promouere, nullisque ſumptibus parcens, iuſſa opportuna benigne dederat, quibus res ad vmbilicum perduceretur. Nec praetermittendum Excellentiſſimi Comitis, Scientiarum Academiae Directoris, indefeſſum ſtudium, vt iuſſis Imperatricis obſequeretur.

Hac igitur ratione, omnibus difficultatibus ſublatis, deſignata fuerunt tria loca in Lapponia, ſcilicet Kola, Ponoi et Vmba, in quibus haec ſummi momenti obſeruatio eſſet inſtituenda: mihi obtigit ſecundus, quo iter ſuſcepi, comitantibus binis rei marinae officialibus in auxilium datis, cum manu

manu militum et horologiorum opifice, quo interprete vterer.

His igitur ſtipatus, omnibusque inſtrumentis neceſſariis inſtructus, die 23. Iann. 1769. Petropoli proficiſcor Schlüſſelburg verſus, inde per *Nouam Ladogam*, *Olonecz*, *Powenecz*, *Oſtrog Sumi* per octo dies indeſinenter cucurrimus *Kemi* vsque, ibi vero ob anguſtias viarum et niuium altitudinem, aliis vehiculis vſi, arctioribus et ſublimioribus, perreximus iuxta mare album per *Keret*, *Kouedam* vsque *Kandalax*, vnde Lapponia incipit, et tum deficientibus equis, exiguas Lapponum trahas iunctas Rangiferis in vſum vocare coacti fuimus. Kolam igitur ſic profectus ibi tres vel quatuor dies manſi, vbi conſilium ceperam obſeruationes inſtituendi, vt penduli ſecunda minuta indicantis longitudo determinaretur; ſed ob tempeſtatem minus aequam, ſatis habui nonnulla experimenta capere circa acus magneticae inclinationem, ac Barometricas altitudines accurate perpendere. Die 23. Febr. denuo iter ingreſſus: poſt 5 dies per vaſtas ſolitudines et horridam Lapponiae glaciem, paucis admodum Lapponum caſis interdum viſis, *Ponoi* ſum aſſecutus die 28. Febr. peracto itinere 1860 Werſtarum a Petropoli.

Ponoi eſt exiguus pagus, quem Rutheni incolunt, ſecus eiusdem nominis flumen, ſeptem Wer-

ſtas diſſitus a loco vbi in mare influit, fere ſub eodem meridiano Archangeli vltra 67um latitudinis gradum. Non longe ab hoc pago diſtantem, domum in tumulo ſitam inueni, mihi ſociisque deſtinatam, in qua affluebant omnia ad vitam neceſſaria, quae Archangelo illuc afferri curauerant; conſtruendae praeterea ſpeculae neceſſaria magno labore ex eodem loco transuecta fuerant, et viginti circiter milites vel opifices, quibus centurio praeerat, iam a ſex menſibus me opperiebantur manum operi admoturi; interim quantumvis frigus ſaeuiret intra tres hebdomades ſpecula fuit abſoluta, et ibidem ineunte Aprili inſtrumenta poſita fuerunt haec:

Quadrans duorum pedum radium complectens, duobus tubis achromaticis inſtructus, Londini a SISSONE fabrefactus.

Tubus achromaticus DOLLONDIANVS 12 ped. ope cuius legi poterat liber (Connoiſſance des Tems pour 1769.) ad diſtantiam 52 circiter exapedarum Pariſienſium, ſeu 312 ped.

Alius tubus achromaticus DOLLONDIANVS trium pedum.

Teleſcopium Gregorianum a SHORT Londini elaboratum, et micrometro obiectiuo inſtructum.

Duo horologia aſtronomica a LE PAVTE Pariſiis conſtructa, alterum cum virga compoſita ad caloris

caloris viciſſitudines corrigendas, alterum cum virga ſimplici.

Pixis magnetica declinationis, Pariſiis conſtructa.

Pixis inclinationis cum duabus acubus, altera Baſileae, altera Petropoli elaborata.

Pendulum inuariabile *Quito* conſtructum et a Cel. De la Condamine in Europam allatum.

Specula erat lignea, ſatis ampla et firmiter conſtructa, ſed furentibus ventis, qui ſaepe numero in his regionibus bacchantur, horologiorum motus in diſcrimen adductus fuiſſet, ſi ipſius ſpeculae parietibus adhaeſiſſent; quapropter humi affigi in medio ſpeculae iuſſi trabem aeque fortem ac firmiter demiſſam, ad quam bina horologia ſtatui, eaque ratione nullatenus quati poterant; praeterea magnum clibanum conſtrui iuſſi, vt aëris temperies in ipſa ſpecula quantum fieri poſſet, aequalis maneret.

Quamdiu Ponoi verſatus ſum, quatuor ſcilicet menſes, nullam occaſionem praetermiſi alicuius vtilis obſeruationis inſtituendae; verum non ſatis ſunt commoda ſpecula, optima inſtrumenta, et obſeruatoris indefeſſum ſtudium, niſi caelum ſerenum arrideat, quod dolui ſaepe meis votis non reſpondere; ſiquidem multoties mea conſilia perturbata fuerunt eiusdem inclementia, quae in hiſce horridis regionibus non raro occurrit. Imo parum abfuit quin ipſe tranſitus Veneris, praecipuus tanti itineris, tanto-

tantorumque laborum ſcopus, me prorſus lateret. Veneris ſolummodo ingreſſum accurate, vt arbitror, mihi obſeruare licuit, caelo profecte mihi magis fauente quam nonnullis pariter ad ſeptentrionem miſſis, quibus nihil de hoc celebri tranſitu delibare obtigit.

Obſeruatione peracta, nulla mihi ſupererat cauſa in hac horrida regione commorandi, in qua tametſi ab ineunte Iunio, ſol nunquam occidat, ipſo tamen ſolſtitii tempore, niue et glacie alicubi ſolum riget. Die igitur 22 eiusdem menſis, nauem conſcendimus Archangelo ad Ponoi miſſam, lento quidem itinere ſed proſpero, intra 6 dies Archangelum appulimus, vbi Clar. popularem PICTET inueni iam ab aliquot diebus Vmba reducem. Morae ibi fuerunt nectendae, dum currus, caeteraque ad iter Petropolim verſus ineundum, neceſſaria apparārentur. Nec ingrato ſilentio premere auſim ſummam humanitatem, qua Archangeli praefectus nos excepit, eiusque ardens ſtudium vt *Sacrae Maieſtatis* conſilia et iuſſa ſoueret, quo factum eſt, vt omnia commoda vniuerſis Lapponiam peragrantibus, ibique commorantibus non defuerint.

Iam omnibus ad reditum paratis, Archangelum liquimus die 6° Iulii, magno curruum numero ſtipati, et intra 16 dies Petropolim attigimus.

Prius quam eo aduenirem, me inſcio, iam typis editae fuerant meae obſeruationes de tranſitu Vene-

Veneris, quas ad Scientiarum Academiam Petropolitanam ex Ponoi deferri curaueram; redux autem omnium aliarum obſeruationum diarium eidem tradidi. Nunc vero fert animus ſupputationes ipſi exhibere de his variis obſeruationibus inſtitutas, quae proſunt:

1°. Statuendae Latitudini et Longitudini Ponoi, quod plurimum conferet cuique vti volenti obſeruatione mea ingreſſus Veneris, ſeu Laponiae geographiae perficiendae.

2°. Effectui parallaxeos determinando, quo ad obſervationem ingreſſus Veneris, cuius neceſſitas patebit, ſi meam obſeruationem cum aliorum obſervationibus, vt ſolis parallaxis eliciatur, comparare quis velit.

3°. Determinandae longitudini penduli ſimplicis tum Petropoli, tum Ponoi.

4°. Statuendae acus magneticae declinationi.

5°. Eiusdem inclinationi aliquibus in locis determinandae, qua de re forſitan, vltra quam par eſt, longior euaſi; ſed conſulto omnia mea experimenta ſigillatim deſcribere volui, vt ex congruentia variarum conſequentiarum, quas deduxi, quisque dignoſcere valeret, quam accurate huiusmodi obſervationes inſtitui poſſint, et inde animus doctis phyſicis adderetur, easdem in variis locis inſtitueendi, eiusmodi inſtrumentum in vſum reuocando.

6°. Conſultum duxi obſeruationes meteorologicas addere, quas quotidie, quandiu in Laponia manſi, inſtituere placuit, easque ſingulas, nihil detrahens, exhibere; quod non inutile futurum putaui, quippe quae inſtitutae fuerint in regione parum nota, et in qua nullae hactenus huiusmodi obſeruationes extabant.

De Latitudine Geographica loci *Ponoi*.

Inter plurimas, quas inſtitui obſeruationes, Geopraphicae Latitudini *Ponoi* ſtatuendae, nonnullis tantum inhaerebo, quae ſint minus erroribus obnoxiae, quibus anſam praebent inſtrumenta et refractionum incertitudo, et quae praecipue idoneae mihi viſae ſant, certis conſequentiis eliciendis.

Ineunte Aprili, initium duxi a linea meridiana deſcribenda: quapropter affixi bracteam ferream exiguo foramine inſtructam adinſtar gnomonis ad altitudinem circiter 9 pedum; punctum determinaui, cui verticaliter inſiſtebat foramen, et ex hoc puncto filum tetendi, fere iuxta meridianum directum: Solis autem imaginem, in tenebricoſum obſeruatorium per foramen introductam, obſeruabam, cuius vterque limbus ſucceſſiue filum attingebat, et conferendo ipſum meridiem ex altitudinibus Solis correſpondentibus, eodem die ſumptis, deductum, ipſius fili ſitum emendabam, eaque ratione paucis diebus idem in meridiani directione ad amuſſim collocaui.

Huius

Huius fili ope limbum quadrantis in plano meridiani accurate ſtatuere licuit, adhibitis binis globulis conicis ad tenue filum appenſis et iuxta limbum quadrantis deſcendentibus.

Verificatio quadrantis ad Zenith, ex altitudinibus meridianis ſtellae α Draconis, deducta.

1°. Limbo ad orient. verſo. Altit. merid. die 5° et 7°. Maii - 88°. 24′. 00″.
2°. Limbo ad occid. verſo - - - - - 9° et 10°. Maii - 91. 35. 00.

Summa - - 179. 59. 00.
Supplementum 0. 1. 00.

error quadrantis - — — 30.

qua quantitate omnes altitudines ope quadrantis obſeruatae augeri debent.

Verificatio quadrantis ad horizontem.

Ad diſtantiam 500 vel 600 exapedarum duos circulos cartaceos in eadem linea verticali ſtatui, quorum diameter 3 pollices complectebatur, diſtabat centrum a centro 21 poll. 7½ lin. (ped. Pariſ.) quae diſtantia aequalis erat differentiae altitudinum tubi, dum quadrans conuerteretur ex ſitu recto in ſitum inuerſum.

1°. Quadrante in ſitu recto poſito
altitudo centri circuli ſuperioris - - —0°. 13′. 54″
2°. Quadrante in ſitu inuerſo poſito
altitudo centri circuli inferioris - - +0. 13. 4

differentia — — 50
error quadrantis — — 25.

Determinatio Latitudinis Ponoi.

1°. Ope ſtellae α Draconis

Vera Declin. die $\frac{26.}{7.}$ $\frac{Apr.}{Maii}$ 1769. 65°. 29′. 1″,6. Alt. mer. obſ. 7°. Maii - 88°. 24′. 00″.
Nutatio - - - - — — 5, 6. error quadrantis + — 30.
Aberratio - - - + — 3 7. refractio - - - — — 2.

Declin. apparens 7°. Maii 65. 27. 59, 7. Alt. correcta. - 88. 24. 28.
Declin. app. - 65. 29. 0.

Altit. aequatoris - 22. 55. 28.
Latitudo - - - 67. 4. 32.

2°. Ope ſtellae g Bootis.

Grad. Thermometri Reaumuri 8. infra 0
altitudo Barometrica 28 poll. 00 lin.

Vera Declinat. $\frac{25.}{7.}$ $\frac{Apr.}{Maii}$ 39°. 19′. 35″,0. Altit. merid. obſeru. 7°. Maii 62°. 15′. 6″.
Nutatio - - - — — 5, 1. error quadrantis - - - + — 29.
Aber atio - - - — — 1, 8. refractio - - - - - — — 30.

Declinat. apparens 38. 19. 28, 1. Altitudo correcta - - 62. 15 5.
Declinat. apparens - - 39. 19. 28.

Altitudo aequatoris - - 22. 55. 37.
Latitudo - - - - 67. 4. 23.

3°. Ope ſtellae α Coronae.

Thermomet. 8. gr. infra 0
Baromet. 28. poll. 00. lin.

Vera Declinat. $\frac{26.}{7.}$ $\frac{Apr.}{Maii}$ 27°. 30′. 17″,9 Altit. merid. obſeru. 7°. Maii 50°. 26′. 5″.
Nutatio - - — — 3, 8 error quadrantis - - + — 28.
Aberratio - - — — 5, 5 refractio - - - - — — 47

Declin. apparens - - 27. 30. 8, 6 Altitud. correcta - - 50. 25. 46.
Declin. apparens - 27. 30. 9.

Altitudo aequatoris - 22. 55. 37.
Latitudo - - - - 67. 4. 23.

4°.

4°. Ope Solis, die $\frac{9}{20}$. Aprilis.

Altitudo merid. limbi inferioris ☉ ad oram ſuperior. fili tubi obſeruat. 34°. 20′. 50″.
Thermom. 1 grad. ſupra o
Baromet. 27 poll. 3 lin.

error quadrantis	+	—	27.
refractio — parallaxis	—	1.	16.
ſemidiameter fili	—	—	9.
ſemidiameter ☉	+	15.	56.
Altitudo vera centri ☉	34.	35.	48.
Declinatio ☉	11.	40.	7.
Aequatoris altitudo	22.	55.	41.
Latitudo	67.	4.	19.

5°. Ope Solis, die $\frac{11}{22}$. Aprilis.

Altitudo merid. limbi infer. ☉ ad oram ſuperior. fili tubi 35°. 1′. 20″.
Thermom. $2\frac{1}{4}$ grad. infra o
Baromet. 27 poll. 8 lin.

error quadrantis	+	—	27.
refractio — parallaxis	—	1.	17.
ſemidiameter fili	—	—	9.
ſemidiameter ☉	+	15.	55.
Altitudo vera centri ☉	35.	16.	16.
Declinatio ☉	12.	20.	42.
Altitudo aequatoris	22.	55.	34.
Latitudo	67.	4.	26.

6°. Ope Solis, die $\frac{23.\ Apr.}{4.\ Maii}$

Altitudo merid. limbi infer. ☉ ad oram ſuper. fili tubi obſeru. 38°. 46′. 4″.
Thermomet. 4 gr. infra o
Baromet. 27 poll. $6\frac{3}{4}$ lin.

error quadrantis	+	—	$27\frac{1}{2}$.
refractio — parallaxis	—	1.	6.
ſemidiameter fili	—	—	9.
ſemidiameter ☉	+	15.	$52\frac{1}{2}$.
Altitudo vera centri ☉	38.	1.	9.
Declinatio ☉	16.	5.	32.
Altitudo aequatoris	22.	55.	37.
Latitudo	67.	4.	23.

7°. Ope Solis, die $\frac{21.\ Maii}{7.\ Iunii.}$

Altitudo merid. limbi infer. ⊙ ad oram ſuper. fili tubi obſeru. 44°. 47′. 37″

	error quadrantis - -	+ — 28.
Thermom. 16 gr. ſupra o	refractio — parallaxis	— — 49.
Baromet. 27 poll. $8\frac{1}{4}$ lin.	ſemidiameter fili - -	— — 9.
	ſemidiameter ⊙ - -	+ 15. 47.
	Altitudo vera centri ⊙	45. 2. 54.
	Declinatio ⊙ - -	22. 7. 30.
	Altitudo aequatoris -	22. 55. 24.
	Latitudo - - - -	67. 4. 36.

8°. Ope Solis, die $\frac{5}{15}$. Iunii.

Altitudo merid. limbi ſuper. ⊙ ad oram inferior. fili tubi obſeru. 46°. 34′. 32″

	error quadrantis - -	+ — 28.
Thermo. $6\frac{1}{2}$ grad. ſupra o	refractio — parallaxis	— — 47.
Barom. 27 poll. $4\frac{1}{2}$ lin.	ſemidiameter fili - -	+ — 9.
	ſemidiameter ⊙ - -	— 15. 46.
	Altitudo centri ⊙ -	46. 18. 36.
	Declinatio ⊙ - - -	23. 23. 14.
	Altitudo aequatoris -	22. 55. 22.
	Latitudo - - - -	67. 4. 38.

Medium ſumendo inter has octo determinationes latitudo habebitur 67°. 4′. 28″. Cum autem duae poſtremae obſeruationes diei 1^{i} at 16^{i}. Iunii, potiori diligentia peractae fuerint, praeterquam quod refractionis et motus Solis in declinatione, erroribus minus ſunt obnoxiae, Latitudinem Ponoi ſtatuam 67°. 4′. 30″.

De

De Longitudine Geographica *Ponoi*

Quamdiu in Ponoi manſi, nunquam factum eſt, vt obſeruare poſſem alicuius ſtellae per Lunam occultationem, vel Iouis ſatellitum eclipſim, quippe qui in meridiana declinatione hic planeta poſitus ſex tantum vel ſeptem gradibus per meridiem tranſiens, attollebatur, et fere ſemper horizontis vaporibus inuolutus.

Vnica obſeruatio, qua adductus fui ad longitudinem *Ponoi* ſtatuendam, fuit Solis eclipſis die 4°. Iunii, et tunc quoque obſtiterunt nubes, ne eius initium obſeruare poſſem; verum nihil impediuit, quominus accuratiſſime eius finem determinarem $0^{h}.\,7'.\,55''.$ temporis veri.

Celeberr. EVLERVS plurimas huius eclipſis obſeruationes, ab aſtronomis inſtitutas, varia in loca miſſis, ad Veneris tranſitum obſeruandum, ſumma diligentia ad calculum reuocans, ex hac mea obſeruatione infert meridianorum *Ponoi* et *Pariſiorum* differentiam $2^{hor.}\,35'.\,14''$ eſſe, quod longitudinem *Ponoi* $58^{grad.}\,48'.\,30''$ conſtituit.

Obſeruatio tranſitus Veneris per diſcum Solis die $\frac{23.\ Maii}{3.\ Iunii}$.

Ex duobus horologiis quibus vtebar, alterum pendulo compoſito erat inſtructum, vt temperiei variationibus remedium adhiberetur, ſed cum infabre eſſet

eſſet conſtructum, nullam vnquam differentiam animaduerti, inter hoc horologium et aliud ſimplici pendulo donatum; vtrumque porro variationi fiebat obnoxium, iuxta frigoris vel caloris gradus, quos accurate ſemper notaui ope thermometri prope ipſa horologia poſiti. Nec quidquam incerti hae variationes afferre poſſunt tempori, quo tranſitum Veneris obſeruaui, altitudines enim Solis correſpondentes ipſo die tranſitus et craſtino ſumere potui.

Conſtrui iuſſeram fulcrum, ſuſtinendo tubo meo achromatico 12 pedum quo vti ſtatueram, Veneri ingredienti et exeunti obſeruandae, quod inſtrumentum facile ſeu ad horiſontem ſeu ad verticem mouere poſſem. Iam ſupputaueram futurum ingreſſum in ſuperiori parte Solis, circiter 35 gradibus ad laeuam verticalis per centrum tranſeuntis, (vel ad dextram in inferiori parte ſi tubus adhiberetur rerum obiectarum ſitum inuertens); quo melius autem hoc punctum dignoſcere, primumque contactum accurate notare valerem, ad focum tubi filum *a b* aptaueram, campum per centrum traiiciens, et ſtilum *c d* ad ipſum filum angulo 65 graduum inclinatum, porro hunc eundem ſtilum in verticali ſitu, facile ad viſum dirigere poteram et diſci ſolaris limbum *e f* prope filum *a b*, retinere ſtudens non dubitabam, quin Venus per *g*, quod punctum maxime ad filum accedebat, ingrederetur

Tab. I. Fig. 1.

Qua-

Quadrantem autem et teleſcopium micrometro obiectiuo inſtructum paraueram ea mente, vt priore differentias temporum, quibus Solis et Veneris limbi filum tubi cum verticale, tum et horizontale attingerent, obſeruarem, altero autem quo vtriusque limborum proximitatem identidem determinarem. Caelum quod iam triduo ſerenum fuerat, mane nubibus aliquantulum obduci caepit, quae horis pomeridianis auctae fuerunt: veſpere autem ad ſeptentrionem prope horizontem exiguum tantum ſpatium, ad duos vel tres gradus latum, clarebat, quod idcirco factum fuiſſe videbatur, vt aliquid huius celebris tranſitus poſſet obſeruari.

Veneris ergo ingreſſum circiter ad horam $9\frac{s}{4}$ mei horologii expectabam, et iam quinque tantum minuta ſupererant, cum ſol prorſus nubibus nondum erat expeditus, nec adhuc punctum apparebat per quod Venus ingrederetur; ſed mox viſum fuit. Diſci Solis aliquantulum incerti erant limites, et tremula quadam luce circumfuſi. Tunc omnem operam nauaui, vt ſtatutum punctum contemplarer, et tandem aliquid cernere inchoaui $9^{hor.}$ $50'.35''$ mei horologii, ſed minuto tantum ſequenti certus ſui Venerem eſſe. Ad interiorem contactum deinde obſeruandum memet accinxi eumque accuratiſſime obſeruaui

$10^{hor.}$ $9'.5''$ mei horologii.

Perrexi deinde aliquandiu conſiderare Venerem, eodem tubo adiutus, nec vllum ſatellitem vidi, quamvis diligentiſſime intuerer; nec quidquam de eius figura vel atmosphaera aſſerere auſim, vaporibus horizontis impeditus.

Nonnullas deinde obſeruationes inſtitui, ope quadrantis et micrometri obiectiui, antequam Sol circa horam ſecundam mututinam poſt nubes delituerit; coelum deiu nubilum et pluuium factum eſt, proinde ad horam octauam vsque nullum veſtigium Solis conſpiciendum ſe praebuit. Sic Veneris egreſſum determinare non valens, obſeruationem omnibus numeris abſolutam exhibere non potui.

Supputatio obſeruationis tranſitus Veneris.

Die $\frac{23.}{3.}$ $\frac{Maii}{Iunii}$, ipſo veri meridiei momento, horologii retardationem a tempore vero $5'.54''$ eſſe, ex altitudinibus Solis correſpondentibus conſtat. Inter hoc momentum et contactum interiorem obſeruatum $10^{hor}\ 14'.59''$ effluxerunt, quo intervallo, horologii retardationis incrementum $4''.7$ fuit. Ipſo igitur contactus momento, horologii a tempore vero, retardatio $5'.58''.7$ erat, contactus nimirum interior $10^{h}.15'.3,7$ temporis veri accidit.

Tab. I. Fig. 2. Eſto Q E S Solis diſcus, Q L C aequatoris parallelus, E S orbita Veneris relatiua a terrae centro conſiderata, *d g* orbita apparens parallaxi obnoxia, D verus Veneris locus, *d* locus apparens ipſo contactus articulo, *d* L et *c* F duo circuli declinationis

tionis in Q L C perpendiculares, C H circulus latitudinis, C M et C N duo perpendicula a centro in duas orbitas veram et apparentem demissa, erit D*d* parallaxis altitudinis, et D δ parallaxis distantiae.

Vt has parallaxes ad calculum reuocem, earumque effectum in tempus, quo contactus accidit, elementa sequentia adhibebo:

Semidiameter solis $=15'.47''$. Semidiameter Veneris $=29''$. Semidiametrorum igitur differentia $=918''=Cd$. Inclinatio orbitae relatiuae Veneris in eclipticam $=8°.29'.00''$. Obliquitas eclipticae $=23°.28'.9''$. Motus horarius Veneris in orbita relatiua $=4'.00''$. Motus horar. Vener. in ecliptica $=3'.57''.49$. Motus horar. Veneris in latitudinem $=35''.42$. Ascensio recta Solis ipso contactus momento $=71°.56'.43''$. Declinatio solis $=22°.25'.48''.5$.

Breuissima centrorum distantia vera $CM=627''$.

Breuissima centrorum distantia apparens $CN=605''$.

Cum summi sit momenti hoc elementum, nec accurate statui possit, nisi obseruationibus Veneris ingressus et egressus in eodem loco desumptis, quae adhuc me latent, quaeram, quid efficere possit in parallaxim, si aliquod minuta secunda ex hoc elemento detrahantur.

Ab initio accurate supputanda est Veneris altitudo, et angulus parallacticus L D O verticalis cum declinationis circulo. Triangulum rectangulum C *d* N

in quo nota sunt C*d* et CN exhibet angulum *d*CN $= 48°.46'$. Ope ascensionis rectae Solis, angulus positionis FCH habebitur $= 7°.5'$ qui angulo HCM $= 8°.29'$ additus dat FCM $= 15°.34'$.

Vt id accurratius quoque fieret, considerandus esset angulus inclinationis a duabus orbitis confectus, qui propemodum inuenietur, si exquirantur ad initium et finem transitus parallaxes altitudinis, et ad orbitam inclinatio exiguarum linearum D*d*, Sg ipsas parallaxes exhibentium. Supputatio crassa minerua instituta hunc angulum offert $5'$ circiter complectentem: sed animaduerti, si hic angulus prorsus negligeretur, differentiam vix vnius secundi fore in declinatione et ascensione recta Veneris.

Sumatur igitur MCN $= 5'$, erit angulus FCN $= 15°.39'$ et FC*d* vel C*d*L $= 33°.7'$. Sic ex triangulo C*d*L obtinebitur L*d* differentia declinationum Solis et Veneris $= 12'.48''.9$ et CL differentia ascensionum rectarum $= 8'.21''.5$.

Inde orietur declinatio Vener. $= 22°.38'.37''{,}4$, eiusque angulus horarius $= 26°.22'.21''.5$. Ope harum quantitatum cum Ponoi latitudine $67°.4'.30''$, obtinebuntur altitudo vera centri Veneris $= 1°.51'.45''$, angulus parallact. L*do* $= 9°.58'$, qui ex C*d*L detractus dat C*do* $= 23°.9$.

Supponamus nunc parallaxim Solis horizontalem esse 9 minutorum secundorum, Veneris parallaxis erit $31''.6$ et differentia parallaxium $= 22''.6$, quae

quae per cosinum altitudinis supra per calculum determinatae, multiplicata, exhibet parallaxim altitudinis, seu $Dd = 22''.6$.

Cum duo latera et angulus iis comprehensus, nota sint in triangulo DdC, reperietur $CD = 938''.80$; vnde parallaxis distantiae seu $D\delta = 20''.8$. Nunc inquirendus occurrit effectus huius parallaxeos in tempus contactus: sumpto $Cx = Cd$, erit x verus Veneris locus ipso contactus articulo a centro Terrae spectatus. Restat igitur exquirenda DX differentia inter MD et MX, duas quantitates, quae resolutione triangulorum CMX, CMD elicientur. Calculo reperitur $DX = 28'', 20$ quae a Venere in orbita relatiua intra $423'', 00$ temporis percurruntur. *Ponoi* ergo conspiciendus fuit contactus interior $7'.3''$ priusquam a centro terrae videri posset.

Hoc idem supputaui, sumens breuissimam centrorum distantiam $CM = 622''$ et $CN = 600''$ quinque scilicet minut. secund. minorem quam in praecedenti calculo, et occurrit effectus parallaxeos $= 7'.11''$, octo scilicet minut. secund. excedens effectum prioris suppositionis; quapropter cum omnis dubitatio sublata fuerit de hac distantia CM, tunc facile patebit, quid immutare oporteat in effectu parallaxeos nuper allato.

Ex mea obseruatione quoque deduci potest, momentum verae coniunctionis Venerisque latitudo:

Ex D perpendiculum D H in circulum latitudinis C H, demittatur, erit D H differentia longitudinum Solis et Veneris, et C H differentia latitudinum.

In triangulo D C M calculo reperitur angulus D C M = 48°. 6′, ex quo detracto angulo M C H = 8°. 29′. ſuper erit angulus coniunctionis D C H = 39°. 37′, vnde erit C H = 12′. 3″, 2 et D H = 9′. 58″, 6.

Nunc ope motus horarii in ecliptica 3′. 57″, 49 habetur tempus pro D H $2^{hor.}$ 31′. 17″, 5, tempus ſcilicet inter contactum et momentum coniunctionis praeterlapſum.

Coniunctio vera igitur accidit 12^{h}. 46′. 21″, 5 temp. veri Ponoi, ſeu 10^{h}. 11′. 7″ temp. veri Pariſiis.

Eodem interuallo 2^{h}. 31′. 17″, 5 imminuta ſuit latitudo Veneris 1′. 29″, 3 quae ex C H ſubſtracta, latitudinem Veneris geocentricam in coniunctione 10′. 33″, 9 exhibent. Si adhibeatur alia diſtantia C M = 622 quinque ſcilicet ſecundis minor, latitudo quinque etiam min. ſecund. minor euadet, et momentum coniunctionis 1′. 28″ ſerius.

Non prorſus inutile ſum arbitratus quaerere, quisnam futurus eſſet effectus, in ſupputanda parallaxi, alicuius erroris in latitudine et longitudine geographica.

1°.

1°. Quoad latitudinem.

Sint Z Zenith, P polus, S Venus, ope trianguli P S Z in quo cognoſcuntur P S complementum declinationis, P Z complementum latitudinis, et angulus horarius P, determinauimus S Z complementum altitudinis et angulum parallacticum S.

Si calculo differentiali vtamur, has duas obtinebimus analogias:

diff. Z P : diff. Z S = 1 : Coſ. Z et diff. Z P : diff. S = Sin. Z × Sin. S Z : 1.

Ex priore euincitur errorem latitudinis, per coſinum azimuthi multiplicatum, altitudinis errorem pariturum. Idcirco ſi ex tabulis deſumatur coſinus azimuthi, ſex figuris vltimis detractis, reſiduum erit error altitudinis in minutis ſecundis exhibitus pro 10 minut. ſecund. variationis in latitudine.

Sic compertum habeo, Ponoi, errorem vnius minuti in latitudine ne centeſimam quidem partem vnius minuti ſecundi parere in parallaxi altitudinis in contactu.

Ex ſecunda analogia deducitur, errorem latitudinis, per ſinum azimuthi et coſinum altitudinis multiplicatum, variationem anguli parallactici exhibere.

Conſtat vnius minuti primi errorem in latitudine, duo gignere in angulo parallactico pro mea obſer-

obſeruatione ſupputato, quod in parallaxim diſtantiae differentiam $\frac{1}{133}$ min. ſecund. non infert.

2°. Quoad longitudinem.

Opus mihi fuit longitudinem cognoſcere, vt declinationem et angulum horarium Veneris in ipſo obſeruationis articulo certum haberem.

Nulla immutatio afferetur angulo horario Veneris ab errore quinque minutor. prim. temporis in longitudine Ponoi, nec inde orietur duorum minutor. ſecund. differentia in altitudine, ideo nullam parallaxis mutationem patietur.

Obſeruationes *Petropoli* et *Ponoi* inſtitutae ad longitudinem penduli minuta ſecunda indicantis determinandam.

In vſum reuocaui idem inſtrumentum, quod Celeber. DE LA CONDAMINE conſtrui curauerat Quito, huiusmodi experimentis inſtituendis, a Cel. DE LA LANDE perhumaniter ad me miſſo Petropolim, antequam Laponiam verſus iter ſusciperem; conſtat autem ſimplici virga chalybea 26 circiter pollicum, ad cuius extremam inferiorem partem affixa eſt lens plumbea, in extrema autem parte ſuperiori decuſſatim affixum eſt fruſtum inſtar cultri, cuius acies inſiſtit binis adminiculis chalybeis, forma cylindrica, hoc pendulum ſuſtinentibus.

Eodem inſtrumento vſi ſunt Pariſiis plurimis experimentis capiendis, quod intra 24 horas tem-

temporis medii 98891 oſcillationes perficiebat, cum Thermometrum Reaumurianum eſſet ad circiter 15 gradus ſupra 0, et experimenti initio, integris pendulo arcubus 8 propemodum lineae dabantur.

Para hoc idem pendulum intra idem temporis ſpatium 98740 oſcillat. perficiebat (Acta Scient. Acad. Paris. 1745. pag. 476.).

Vt oſcillationum huius penduli numerus accurate haberetur, vſus ſum horologio Aſtronomico, cuius virga contrahi et Iſochrona cum pendulo inuariabili fieri poſſet.

Petropoli, antequam Laponiam peterem, experimenta hoc ipſo inſtrumento ſumere non praetermiſi, et redux illuc iteraui, ne dubitandi locus ſupreſſet, aliquid mali accidiſſe, dum iter facerem, quo pendulum labefactatum fuiſſet.

1°. Petropoli Octobri menſe 1768.

Cum perdifficile experimenta inſtituere potuiſſem, ea tempeſtate, in ſpecula Academiae, ob temperiei gradum ad ea neceſſarium, ſatius duxi eadem domi ſumere. Vbi facilius diu noctuque 15 caloris gradus indefinenter fouere poteram. Vt autem tempus, per horologii motum, certo definirem, momentum obſeruaui, quo latebant ſtellae pone caminum aedium e regione feneſtrae mei cubiculi, et ne oculus aberraret, ſemper que ab eodem

loco, inturetur, exiguum conſpicilium immotum in parte feneſtrae conſtitui, 8 vel 9 linearum motum primis oſcillationum arcubus indidi, 4 nempe vel 4½ vtrinque, duodecim autem horis peractis, ad dimidium lineae erant redactae, tum vero rurſus 8 lin. motus addebam.

Die 13. Oct. occult. ſtellae γ - $8^{b}.27'.28''$ temp. horolog.
- - - - - - - - - δ - 10. 38. 44 Gradus Thermomet. fuit
- - - - - - - - - β - 10. 43. 50 ſemper 15 ſupra 0.
Die 14. Octob. - - χ - 2. 00. 00 Pendulum inuariabile intra
- - - - - - - - - β - 2. 8. 20 24 horas vna oſcillatione
Die 16. Octob. - - γ - 6. 40. 48 ſupra horolog. accelerab.
- - - - - - - - - χ - 8. 48. 53 Litt. γ, δ etc. ſunt denom.
- - - - - - - - - δ - 8. 52. 5½ pro lubitu a me ſumptae
- - - - - - - - - β - 8. 57. 14 ad ſtellas deſignandas.

Ex his obſeruat. elicitur quod intra $23^{b}.56'.4''$, 1 temporis medii

a 13°. ad 16°. Oct.	ex ſtella	γ	horol.	perfecit	$98666\frac{2}{3}$	oſc, et	Pend.	inu.	$98667\frac{2}{3}$
a 13. ad 16	- -	δ	- -		$98667\frac{1}{6}$	- -			$98668\frac{1}{6}$
a 13. ad 14	- -	β	- -		98670	- -			98671
a 14. ad 16	- -	β	- -		98666	- -			98667
a 14. ad 16	- -	×	- -		$98666\frac{1}{2}$	- -			$98667\frac{1}{2}$

Medium igitur ſumendo inter hos quinque precedentes numeros, reperitur Pendulum inuariabile, intra fixarum reuolutionem, ſcilicet $23^{b}.56'.4''$, 1 temp. medii 98668, 3 oſcillationes perfeciſſe, quod idem eſt ac 98938, 4 oſcillat. intra 24 horas temporis medii; ſed cum die 16° leui nebula aër eſſet obductus, arbitror ſtellas aliquanto citius latuiſſe

tuisse, quapropter statuendum censeo pendulum invariabile 98940 oscillat. intra 24 hor. temporis medii absoluisse.

2°. Petropoli, Augusto mense 1769.

Ex Laponia redux, eadem experimenta iterare curans, pendulum inuariabile et horologium in Academiae specula constitui, iuxta exquisitum horologium Londinense a Celeber. MAYER, Electoris Palatini astronomo, ab aliquot mensibus ibi positum, et quo vsus fuerat dum Veneris transitum obseruauit; cum que hic summa humanitate complures obseruationes a se peractas mihi ostendisset, quibus eiusdem horologii praestantia mihi pateret, ex iisdem eliciebatur eius diurnam retardationem supra tempus medium esse 8″,2. Hic igitur afferam accelerationem penduli inuariabilis supra Cl. MAYERI horologium, cum gradibus Thermometri obseruatis, quoties bina horologia simul collata fuere.

			Grad. Th. supra 0
a	8°. ad 10°. Aug. accel. pend. inuar. -	$3^{h}.29'.12'',4$ - -	$14\frac{1}{2}$.
	intra 24 hor. horol. MAYER		
a	13. ad 16. - - - - -	3. 29. 11, 0 - -	15.
a	16. ad 19. - - - - -	3. 29. 12, 5 - -	15.
a	19. ad 22. - - - - -	3 29. 12, 6 - -	15.
a	22. ad 25. - - - - -	3. 29. 13, 2 - -	14.
a	25. ad 26. - - - - -	3. 29. 13, 2 - -	$12\frac{3}{4}$.
a	26. ad 27. - - - - -	3. 29. 13, 4 - -	$12\frac{1}{3}$

Circa meridiem plerumque hae obſeruationes inſtituebantur, et quamuis perexigua eſſet, intra 24 horas, temperiei variatio, ſtatui poteſt gradum Thermometri medium paulo inferiorem fuiſſe hic ſupra notato. Idcirco poſita 15 graduum temperie, accelerationem penduli inuariabilis ſupra horologium Cl. MAYERI per 24 horas ab hoc eodem horologio deſignatas $3^h. 29'. 11'', 5$ eſſe definiam. Porro cum temporis medii diurna acceleratio ſupra MAYERIANVM horologium ſit $8'', 2$ aequantium $9'', 4$ iuxta motum penduli inuariabilis, quod adimendum accelerationi ſuperius obſeruatae $3^h. 29', 11'', 5$, vnde habebitur $3^h. 29'. 2''$ pro acceleratione penduli inuariabilis intra 24 horas temporis medii, vnde ſequitur pendulum inuariabile 98942 oſcillationes intra 24 horas temporis medii perfeciſſe, duas ſcilicet oſcillationes plus quam ante meum in Laponiam profectum. Sic medium ſumendo 98941 oſcillationes habebuntur a pendulo inuariabili intra 24 hor. temp. med. Petropoli perfectae, 50 ſcilicet oſcill. plus quam Pariſiis.

Hinc ſi penduli ſimplicis minuta ſecunda Petropoli indicantis, longitudinem deducere animus eſt, haec inſtituatur proportio:

$98891^2 : 98941^2 =$ long. pend. Par: long. pend. Petrop.

2 *log*. 98941	- -	$= 9,9907526$
log. long. Pend. Par.	$440,57$	$= 2,6440149$
		$2,6347675$
2 *log*. 98891	- -	$= 9,9903136$
log. long. Pend. Petr.	$441,02$	$= 2,6444539.$

Pen-

Pendulum igitur Petropolit. $\frac{45}{100}$ lin. longitudine ſuperat pendul. Pariſienſe. Inſignis Vir GRISCHOW anno 1757. (Nou. Comm. Acad. Petrop. T. VII.) ſumma diligentia, complura inſtituit experimenta, vt penduli ſimplicis Longitudinem Petropoli, aliisque finitimis locis, determinaret. Inter haec, quae inſtituit, penduli inuariabilis ope, meo ſimilis, et quod Pariſiis a Cel. DE LA CAILLE acceperat, Longitudinem penduli minuta ſecunda Petropoli indicantis, 441,00 lin. exhibent, vnde conſtat ex meis allatis experimentis, differentiam tantum $\frac{2}{100}$ lin. intereſſe, quae nimis exigua eſt, quam vt vel ſuis, vel noſtris obſeruationibus fides adimatur, tametſi varia fuerint inſtrumenta, a variisque viris adhibita.

Alia quidem experimenta, ab eodem idem Viro Celeb. pendulo ſimplici ex filo pitae (fil de pite) compoſito, inſtituta praebuerunt Longitudinem penduli Petropoli $\frac{20}{100}$ lin. maiorem quam praecedenti methodo; ſed adducor, vt credam, haec experimenta huiusmodi filo ſuſcepta grauioribus difficultatibus, pluribusque erroribus eſſe obnoxia, quam ea, quae ope penduli inuariabilis inſtituuntur, quamobrem inhaerendum arbitror Longitudini quam ſuperius ſtatui.

3°. Ponoi Martii et Aprilis menſibus 1769.

Nullum non moui lapidem, vt haec experimenta accuratiſſime inſtituerentur, irrita caeli inclementia, et miris viciſſitudinibus, quae ſubito in

atmoſphaerae temperie euenire ſolent. Inſtrumenta poſui in ipſo meo cubiculo vbi, facile caloris gradum idoneum obtinere poteram et quolibet temporis puncto ſiue die, ſiue nocte, pendulorum et thermometri motum conſiderare poſſem.

Immobilem tubum achromaticum 3 pedes complectentem, propemodum in meridiano firmiter ſtatui curaui, qui reticulo ex bractea orichalchi fabrefacta erat inſtructus, pone quam ſtellarum immerſionem obſeruabam.

Initio indebam pendulo motum circiter 8 linear. et ecce qua lege ſucceſſiue oſcillationes decreſcebant.

Elapſis 0 horis, arcus redacti erant ad 8 lin.

-	-	1	-	-	-	-	-	-	$6\frac{3}{4}$
-	-	2	-	-	-	-	-	-	$5\frac{1}{2}$
-	-	3	-	-	-	-	-	-	$4\frac{1}{2}$
-	-	4	-	-	-	-	-	-	4
-	-	6	-	-	-	-	-	-	3
-	-	8	-	-	-	-	-	-	2
-	-	10	-	-	-	-	-	-	$1\frac{1}{2}$
-	-	12	-	-	-	-	-	-	1.

Inditis 8 lineis, primis oſcillationibus, pendulum inuariabile ſemper accelerauit ſupra horologium $3\frac{1}{2}$ oſcill. intra 24 hor. temporis medii. Prioribus quoque oſcillationibus 18 linear. motum indere tentaui, tum vero penduli inuariabilis acceleratio erat circiter 3 oſcill. intra 24 h. t. m.

Obſer-

Obſeruationes tranſitus ſtellae *Reguli* per tubi reticulum.

Die 25°. Mart. Imm. $2^{b}.52'.00''$ hor. - Em. $2^{b}.52'.52''$
- - 28. Mart. Imm. 1. 6. 27 - - - Em. 1. 7. 20
- - 6. Apr. Imm. 7. 49. 58 - - - - -
- - 7. Apr. Imm. 11. 14. 47 - - - - -

Inde elicitur, intra fixarum reuolutionem

a 25°. ad 28°. Mart. hor. accel. fuiſſe	$3^{b}.24'.49'',1.$
a 23. Mart. ad 6. April - - -	3. 24. 50, 1.
a 6. Apr. ad 7. Apr. - - - -	3. 24. 49, 0.
a 25. Mart. ad 7. April. - - -	3. 24. 49, 8.

Horologium igitur 98689, 8 oſcillationes intra $23^{b}.56'.4'',1$ temporis medii perfecit, 98960, 4 oſcill. ſcilicet intra 24 hor. temp. med. Cum vero pendulum inuariabile ſupra horologium $3\frac{1}{2}$ oſcill. acceleraverit, 98964 oſcillationes habebuntur a pendulo inuariabili intra 24 hor. temp. med. peractae, Thermometro ad 15 grad. ſtante, et 8 lineis, primis arcubus inditis.

Supputatio longitudinis penduli minuta ſecunda indicantis:

2 *log.* 98964 - - -	$= 9,9909544$
log. 440, 57 long. pend. Paris.	$= 2,6440149$
	$2,6349693$
2 *log.* 98891 - - -	$= 9,9903136$
log. long. pend. Ponoi 441, 22	$= 2,6446557.$

Haec

Haec longitudo 441, 22 lin. penduli Ponoi ex noſtris experimentis deducta $\frac{65}{105}$ lin. excedit Longitudinem penduli Pariſienſis et ſatis congruit cum ea, quae ab Celeber. Academicis Pariſienſibus. fuit determinata; qui ad circulum polarem figurae terrae determinandae gratia iter fecerunt. Illi *Pello* ſub latitudine 66°.48′ Longitudinem penduli 441.17 lin. obtinuerunt; Celeb. GRISCHOW vero, propemodum eandem in venit Longitudinem pro pendulo Petropolitano, ex ſuis experimentis ope fili ſimplicis inſtitutis, quo fit, vt conſequentiam potiorem exiſtimem ab eodem elicitam, ex aliis experimentis, pendulo inuariabili, ſimili cum noſtro inſtitutis, vt iam ſuperius indicaui.

Vis grauitatis proportionem ſequitur, quadrati numeri oſcillationum certo tempore peractarum, vnde ſequitur vim grauitatis Pariſiis eſſe ad vim grauitatis Ponoi vt numeri 100000 et 100148.

Admiſſo NEWTONI et HVYGENII principio, incrementum ſcilicet vis grauitatis ab aequatore ad polum accedendo, rationem ſequi quadratam ſinus Latitudinis, et ſumendo 1,50 lin. pro exceſſu penduli Pariſiens. ſupra pendulum aequatoris ſicut hoc a Pariſinis Academicis fuit determinatum, obtinebitur:

Exceſſ. pend. Petrop. 1,98 lin. ex calc.; 1,95 vero ex meis exper.
Exceſſ. pend. Ponoi 2,24 lin. ex calc.; 2,15 ex meis experim.
Exceſſ. pend. Pello 2,23 lin. ex calc; et 2,19 ex Par. Acad. obſ.

Inde

Inde ſequeretur vis grauitatis incrementa maiorem ſequi rationem quam iuxta quadrata ſinus Latitudinis.

De acus magneticae declinatione Ponoi an°. 1769. obſeruata.

Optimam acum magneticam ſex pollicum, Pariſiis conſtructam, adhibui, eiusque declinationem ope meridianae ſumma diligentia ductae, qua aliis obſeruationibus aſtronomicis vterer, determinaui.

Die 19 Aprilis et 18 Maii vergebat acus ad orientem angulo 1°. 10′.

Cupidus autem ſciendi, num haec declinatio aliquando mutaretur, dum Ponoi degerem, vbi primum illuc adueni, ineunte ſcilicet Martio, ſitum aptari curaui, vbi pyxidem firmiter ſtatuere poſſem, ne locus dubitandi ſupereſſet, vtrum eam in eodem ſitu ad amuſſim collocarem: tum fere quotidie, quoto gradu acus poſt aliquot oſcillationes ſiſteretur, obſeruabam, id quod conſiderare perrexi per tres menſes; nec vllam vnquam diſcrepantiam, quae ſenſibus percipi poſſet, in acus directione agnoui.

Nec me latebat ſuſpicio aliorum, qui obſeruauerant auroras Boreales aliquam variationem in acus declinatione peperiſſe; quamobrem maiori ſtudio et diligentia vtebar, quoties huiusmodi phaenomena

mihi occurrerunt, ſed nihil peculiaris meis ſenſibus fuit oblatum, profecto ter tantum vel quater huiusmodi obſeruationes mihi inſtituere licuit; maiori autem numero opus arbitror, vt id certius aſſeri poſſit, quod et curioſitatem percellere et neceſſario impellere debet obſeruatores ad nullam occaſionem praetermittendam, quae his dignoſcendis fauſtam ſe praebeat. Addere poſſem ex iis, quae obſeruaui, nullam variationem vi magneticae meae acus allatam fuiſſe. Quo melius dimetirer vis intenſitatem, acum auertebam 10 vel 12 circiter gradus a naturali ſitu, et diligenter obſeruabam tempus neceſſarium ad quatuor priores oſcillationes abſoluendas, et ſemper ſine vllo diſcrimine hoc tempus 14 minut. ſecund. inueni, quamuis aurorae Boreales fulgerent. Petropolim redux, ineunte Auguſto idem ipſum 14 minut. ſecund. reperi, indeque vim magneticam meae acus per 5 menſes nullam prorſus variationem pasſam fuiſſe ſtatui.

De inclinatione acus magneticae Petropoli, Kolae et Ponoi obſeruata.

Vt acus magneticae theoria perficiatur, eius inclinationem obſeruandam aeque vtile ac neceſſarium omnes fatebuntur, ac eius declinationem, et credi poteſt, quod ſi totidem inclinationis ac declinationis obſeruationes ſuppeterent, tot in hac re neceſſaria noſtras mentes non effugerent; mirum profecto, quam haec pars huius theoriae negligatur, noſtris hiſce

hiſce temporibus, praecipue poſtquam Celeberimus DANIEL BERNOVLLI nouum inuentum exhibuerit ad inclinationem acus magneticae accurate determinandam, et perſpicue oſtenderit, inſtrumenta hactenus in vſum reuocata, vt errori anſam praebeant, et fortuito tantum vera magnetica inclinatio ex iis interdum dignoſcatur.

Quibus fundamentis haec noui inſtrumenti conſtructio innitatur, patet in diſſertatione quae anno 1743 premio donata fuit ab Academia Scientiarum Pariſienſi, ſummo auctoris honore. Eiusdem extat opuſculum in Doctorum Diario (Iournal des Sauans) anni 1748. Et hoc inſtrumentum primo fauſto ſucceſſu BASILEAE conſtructum fuit a perito opifice DIETRICH et miſſum deinde ad Celeberrimum EVLERVM, cuius Perilluſtris Filius eodem vſus eſt ad complura experimenta, quae publici iuris fecit in eximia diſſertatione, quae in Actis Academ. Scientiar. Berolinens. ann 1755. occurrit. Exiguum huius inſtrumenti ſpecimen hic ob oculos ponam, quo melius intelligi poſſit, qua ratione experimenta ſumpſerim mox afferenda. F H E eſt ſemicirculus ex orichalco, cuius diameter 12 vel 15 pollices complectebatur, cuisque peripheria accurate in gradus et ſemigradus diuiſa a puncto o ad 180. Eius planum ad verticem ſemper poſitum, ope cardinis *k* accurate in foramine *k* ad centrum circuli azimuthalis Z V X Y, ſeſe circumuoluentis, in multiplici ſitu poteſt collocari; ad eundem cardinem *k*, in Tab. II. Fig. 3. et Fig. 4.

ipſo ſemicirculi plano, immota manens virga NL, indicabit in circuli azimuthalis gradibus, quantum hoc planum a linea YV, quae in directione meridiani magnetici ſupponitur, declinet.

QP eſt acus magnetica, per cuius centrum o, tenuis axis cilindricus et laeuigatus ex chalybe perpendiculariter ad acus planum tranſit. Huius axis extrema innituntur binis vitreis vel chalybeis cilindris in eodem plano ad amuſſim horizontali, cum plano ſemicirculi parallele poſitis, ita tamen, vt inter eos neceſſarium interſtitium adſit, vt acus liberrime in ſuo axe volui poſſit: hi duo cilindri in extrema ſuperiori parte duorum ad miniculorum verticalium ſunt poſiti, quorum alterum OH in figura patet. Huic acui paruus circulus ABCD adhaeret, per gradus diuiſus, ita vt puncta D et B in linea QP ſita numeris 90 et 270 notata ſint. OMI eſt tenuis acus ſeu *Index*, quae circa axem o aegre voluitur, haec circa extremum, globulo M tanquam pondere eſt inſtructa, eius autem cuſpis deſignat in parui circuli gradibus, inclinationis eius angulum cum linea OA quae gradum o exhibet.

Si in hac acu conſtruenda, eius axis in ipſo grauitatis centro accurate poni poſſet, et aequilibrium perfectum inueniri, vt, antequam vi magnetica imbueretur, in quocumque ſitu poſita maneret, tunc et *Index* OMI et paruus circulus ABCD prorſus inutiles forent, perſpicuum enim eſt tunc ipſam acum

acum magneti affrictam, et in directione meridiani magnetici positam, veram magneticam inclinationem ostensuram. Hanc ineluctabilem difficultatem, construendae acus perfecti aequilibrii, Celeberr. D. BERNOVLLI considerans, paruum circulum cum indice excogitauit, quibus hac ratione vtitur.

Priusquam acus aliqua vi magnetica donetur, obseruandi sunt indicis situs, vt acus variae inclinationes habeantur, quae omnes in tabulam recenseantur; facile comperitur, acu perfecto aequilibrio gaudente, indicem O I, semper ad verticem conversum futurum, et angulus A O I semper aequalis foret angulo inclinationis acus E O P, ideoque correctionis tabula horum angulorum differentiam indicabit. Postquam vero acus vi magnetica imbuta fuerit, rursum haec differentiae erunt obseruandae, et inuestiganda inclinatio acus, quae requirat eundem situm indicis, qualem tabula exhibet; haec tantum vera inclinatio magnetica haberi debet, quae ipsa sola eundem omnino situm indicis et acus praebet, qualis antequam acus vi magnetica esset instructa, habebatur. Sic Cel. BERNOVLLI inclinationem magneticam BASILEAE determinauit $71\frac{1}{2}$ grad. quod idem, ex variis acubus, ea methodo, semper fieri, compertum habuit.

Hac solerti et simplici methodo vti possumus, quandiu acus nullam labem passa fuerit, sed perquam difficile est, siue in itinere, siue magneti

affricetur, ſitum eius centri grauitatis, vel tantillum non labefactari, tunc autem nullius vſus tabula conſtructa eſſe poterit.

Huic incommodo occurreretur, ſi acus virtute magnetica omnino deſtitui poſſet, et noua tabula conſcribi; ſed id eſt difficile factu, et fortaſſe fieri nequit. Vtcumque tamen res ſe habeat, ſi vis indita acui plurimum imminui poſſet, et perexigua fieri, atque comparari cum ea, quae deinceps iterum ipſi addetur, ad obſeruationem inſtituendam, poterit noua tabula conſtrui, quae apprime proderit verae inclinationi dignoſcendae. Ac ſane ita me geſſi, et experimentis ſumptis, quam id proſpere ſucceſſerit, quisque cognoſcet.

Clariſ. EVLERVS Filius hoc idem inſtrumentum adhibuit ratione toto caelo diuerſa, vt acus inclinationem determinaret; ſupputauit ſcilicet omnes vires in acum agentes, nempe pondus acus, centri grauitatis ſitum, vis magneticae intenſitatem, indicis pondus et ſitum, et azimuthum ſemicirculi verticalis conſiderauit, quae duo poſtrema ſunt cognita, alia vero obſeruatione ſtatuenda. Porro cum hac quoque methodo vſus fuerim, vt cognoſcerem quomodo cum methodo BERNOVLLIANA congrueret, meum eſt hic duas formulas exhibere ex EVLERI ſupputatione deductas. Sit η angulus AOI indicis. ω azimuthum VKL ſeu angulus plani ſemicirculi verticalis cum meridiano magnetico et θ angulus EOP inclinationis acus.

1°.

1°. Tang. $\theta = \frac{sin.\ \eta + C}{cos.\ \eta + F + E.\ cos.\omega}$.

Quantitates G, E, F ex acu, eiusque vi magnetica pendent, sic ope trium obseruationum, tres obtinebuntur aequationes, vnde hae quantitates elicientur. Nunc vocetur α vera acus inclinatio magnetica, in meridiano magnetico sita, orietur.

2°. Tang. $\alpha = \frac{C + F.\ tang.\ \gamma}{E}$.

Quantitas γ a positione centri grauitatis acus pendet, et determinari debet: id assequitur Cel. EVLERVS, acum praepostere virgis magneticis affricando, vnde poli eius inuertuntur; tres deinceps instituit obseruationes vt supra, et tres nouas quantitates G'. E'. F' sic determinat; vnde oritur aequatio $\frac{C + F.\ tang.\ \gamma}{E} = \frac{C' + F'.\ tang.\ \gamma}{E'}$, ex qua elicitur γ, et deinde vera inclinatio α.

Sic Cel. EVLERVS, experimentis magno numero institutis, veram inclinationem Berolini determinat inter $72\frac{1}{2}$ et 73 grad. ann. 1755.

Longissima foret supputatio, si indifferenter quaecumque indicis et azimuthi positiones acciperentur: multo simplicior euadet, si anguli η et ω sumantur 0, 90, 180 et 270 grad. et duodecim numero erunt experimenta instituenda, sed alia quoque optio inter has 12 inclinationes datur. Reiiciantur omnes inclinationes nimiae, siquidem ex leui errore in obseruatione, magnus orietur in Tangente anguli obseruati, vnde minus accurate habebuntur

buntur quantitates G, E, F, minimae vero inclinationes pariter errori sunt obnoxiae, cum in iis acus motus sit lentissimus, ideoque magis incertus, contigit mihi interdum ad 5 et 6 gradus in incerto haerere.

Iubente Academia, similem inclinationis pyxidem, Petropoli construi curaui, et quamuis maiori studio et diligentia fieri potuerit, ex consequentiis meis experimentis deductis, non improbandos effectus praebuisse euincietur.

Experimenta Petropoli ineunte Ianuario 1769. instituta ope acus Petropolitanae.

Primum certus esse volui, nullam acui vim magneticam ineſſe, posito enim indice permanente in quolibet situ, semper eadem cernebatur acus inclinatio qualiscumque angulus azimuthalis esset.

Tunc construendae tabulae operam nauaui, qua exarata, pro qualibet inclinatione inter 70° et 80 gradum, angulum acus ab angulo indicis $3\frac{1}{2}$ gradibus superari agnoui.

Posito deinde verticali semicirculo in plano magnetici meridiani, quem fretus accurata pyxide declinationis, descripseram, leuissimo attritu, acui vim magneticam indidi, et sequentes inclinationes obseruaui;

Indice

Indice posito 73°. inclinatio erat $70\frac{2}{3}$° differentia 2.
- - - 74. - - - 71. - - 3.
- - - 75. - - - 72. - - 3.
- - - 76. - - - $72\frac{6}{11}$. - - $3\frac{5}{11}$.
- - - $76\frac{1}{2}$. - - - $73\frac{1}{11}$. - - $3\frac{1}{11}$.
- - - 77. - - - $73\frac{4}{11}$. - - $3\frac{4}{11}$.
- - - $77\frac{1}{2}$. - - - $74\frac{5}{11}$. - - $3\frac{2}{11}$.
- - - 78. - - - $74\frac{5}{11}$. - - $3\frac{5}{11}$.

Perexilem fuisse vim magneticam, ex allatis differentiis, euincitur, inde consequentia paululum fit incerta, nihilo tamen minus, veram inclinationem magneticam inter $72\frac{1}{2}$ et 74. grad. statuere non dubitaui.

Rursus acum magneti affricui, et sequentes inclinationes animaduerti:

Indice posito 75°. Inclinatio erat 72°. hinc differ. 3°.
- - - 76. - - - 73. - - 3.
- - - 77. - - - $73\frac{2}{11}$. - - $3\frac{6}{11}$.
- - - $77\frac{1}{2}$. - - - $73\frac{7}{11}$. - - $3\frac{5}{11}$.
- - - 78. - - - $73\frac{6}{11}$. - - $4\frac{3}{11}$.

Ex his obseruationibus vera inclinatio vt superius asseritur inter $73\frac{1}{2}$ et 74 grad. cum autem artifex acui duritiem temperatura indere non potuerit, validam vim magneticam adipisci non valebat, nihilo tamen secius, quanta vi magnetica potui, eam donare conabar, adhibitis aliis virgis multo validioribus; sed cum experimentis capiendis, ini-

tium darem, animaduerti tenuem axem aliquantulum a recto deflexisse, ideoque consequentias elicitas, a prioribus multum differre; quapropter relicta tabula ad methodum EVLERIANAM confugi, plura tunc experimenta suscepi, quorum haec accuratiora exhibenda censui.

Qualibet inclinatione considerani, quantum temporis acus absumeret, 4 oscillationibus quinque circiter graduum perficiendis.

Experimenta die 8°. Ianuarii instituta.

			tempus ad 4 osc. 5 grad. absoluendas
Azymuth. $\omega =$	0°. Index $\eta =$	0°. Incl. obs $\theta = 34°.\ 00'$.	14 secund.
$=$ 0.	$= 90.$	$= 76.\ 40.$	$14\frac{1}{2}$
$=$ 0.	$= 180.$	$= 119.\ 39.$	20
$= 180.$	$=$ 0.	$= 47.\ 20.$	18
$= 180.$	$= 180.$	$= 139.\ 00.$	$16\frac{1}{2}$

Die 12°. Ianuarii, polos acus inuerti, et experimenta sequentia institui.

Azym. $\omega =$ 0.	Index $\eta =$ 0.	Inclinatio $\theta = -48°\ 00'$	et temp. ad 4 osc. $= 16\frac{1}{2}$ sec.
$=$ 0.	$= 180.$	$= -139.\ 50.$	$= 15.$
$= 90.$	$=$ 0.	$= -\ 40.\ 0.$	$= 16.$
$= 180.$	$=$ 0.	$= -\ 33.\ 50.$	$= 13\frac{1}{2}.$
$= 180.$	$= 180.$	$= -120.\ 30.$	$= 15\frac{1}{2}$

Inclinationem negatiuam voco, cum extremum acus P. supra horizontalem attollitur.

Suppu-

Supputatio praecedentium experimentorum.

1°. Acus polis non immutatis, (extremum P ſcilicet ad ſeptentrionem vergat) quinque aequationes ſequentes obtinentur:

(*a*) $\frac{+G}{1+F+G}$ = Tang. 34° (*d*) $\frac{G}{1+F-E}$ = T. 47°. 20′.

(*b*) $\frac{1+G}{F+E}$ = T. 76°. 40′ (*e*) $\frac{G}{-1+F-E}$ = - T. 41°.

(*c*) $\frac{G}{-1+F+E}$ = - T. 60°. 30′.

1°. ex aequat. (*a*,*d*,*e*). oritur. G=0,9652. E=0,2706. F=0,1603. (A)
2°. - - (*b*,*d*,*e*) - - G=0,9652. E=0,2885. F=0,1776. (B)
3°. - - (*c*,*d*,*e*) - - G=0,9652. E=0,2821. F=0,1717. (C)
4°. - - (*b*,*c*,*e*) - - G=0,9505. E=0,2778. F=0,1844. (D)
5°. - - (*b*,*c*,*d*) - - G=0,9505. E=0,2931. F=0,1692. (H)
6°. - - (*a*,*c*,*d*) - - G=0,9764. E=0,2738. F=0,1738. (K)

2°. Polis acus inuerſis (extremum P ad auſtrum vergat):

(*a*)′ $\frac{G'}{1+G'}$ = - T. 40°. 00′ (*d*) $\frac{G'}{-1+F'+E'}$ = + T. 40°. 10′

(*b*)′ $\frac{G'}{1-F'+E'}$ = - T. 48° (*e*)′ $\frac{G'}{-1+F'-E'}$ = + T. 59°. 30′

(*c*)′ $\frac{G'}{1+F'-E'}$ = - T. 33°. 50°.

Inde elicitur:

1°. ex aequat. (*b*,*c*,*d*)′ G′=-0,9592. E′=-0,2837. F′=+0,1473. (A)′
2°. - - (*b*,*c*,*e*)′ G′=-0,9611. E′=-0,2842. F′=+0,1496. (B)′
3°. - - (*c*,*d*,*e*)′ G′=-0,9611. E′=-0,2863. F′=+0,1476. (C)′
4°. - - (*a*,*b*,*d*)′ G′=-0,9592. E′=-0,2795. F′=+0,1431. (D)′

Si medium ſumatur inter has omnes conſequentias, obtinebuntur:

$G = +0,9640$ et $G' = -0,9601$
$E = +0,2809$ $E' = -0,2834$
$F = +0,1728$ $F' = +0,1469$

vnde deducitur $\gamma = -0°.26'$ et vera inclinatio $\alpha = 73°.46'$.

Calculum quoque inſtitui pro quibusdam aliis quantitatibus:

quantitates A et A′ dant $\alpha = 73°.55'$.
- - - K et D′ - - $\alpha = 74.1$.
- - - D et C′ - - $\alpha = 73.33$.
- - - H et B′ - - $\alpha = 73.13$.

Inter has varias conſequentias, differentiae quae intercedunt, tribuantur erroribus ineluctabilibus in huiusmodi experimentis, quantacumque diligentia iis adhibeatur. Ter quidem et quater idem experimentum ſemper inſtitui, vt medium tenerem inter inclinationes, quae interdum vno gradu differebant. Hi etiam errores partim tribui poſſunt minus accuratae ipſius inſtrumenti conſtructioni, quod peritiſſimum artificem requirit.

Praeterquam quod ipſius acus inflexio, a naturali pondere orta, et varia iuxta varios inclinationis gradus, his differentiis anſam praebere poteſt, inter conſequentias ex calculo et alias ab experimentis

mentis deductas, et aegerrime huius inflexionis ratio in supputando haberi potest.

Imo admiratione percellor, considerans tam parum differre inter se has consequentias, et tam congruere cum iis, quae, suffragante BERNOVLLIANA methodo, deduxeram. Satis certo igitur statuere ausim ex allatis, inclinationem acus magneticae Petropoli, $73\frac{1}{4}$ grad. initio Ianuarii 1769, fuisse. Mense Augusto sequenti, ex Laponia redux, eadem experimenta iterare volens, in vsum reuocaui aliam acum BASILEAE constructam; sed cum iam vi magnetica esset donata, et correctionis tabula carerem, praepostere illam affricare curaui, vt pro viribus minor fieret eius vis magnetica, et id quadantenus sum assecutus; sic aptata acu plures inclinationes obseruaui, quibus fretus, tabulam correctionis conscriberem, curans semicirculum accurate in meridiano magnetico ponere. Tum totis viribus acum magneti affricui, et experimenta rursus i choaui. Constat veram inclinationem eam futuram quae nullam variationem passa sit, vim magneticam augendo, et quae eundem indicis situm requirit, qui obseruatus fuerat antequam maiori vi magnetica gauderet.

Experimenta Petropoli instituta die 8°. Augusti 1769. ope acus Basileensis.

1°. Vi magnetica maxime imminuta.

Indice = 0. Inclin. = $3\frac{36}{4}$. Differ. $3\frac{60}{4}$. - - - - -
- - = 70. - - = $60\frac{3}{4}$. - - $9\frac{2}{8}$. temp. ad 4 osc. $21\frac{1}{2}$. min. sec.
- - = 80. - - = $69\frac{2}{8}$. - - $10\frac{6}{8}$. - - 22 - -
- - = 81. - - = $70\frac{1}{2}$. - - $10\frac{4}{8}$. - - - - -
- - = 82. - - = $70\frac{7}{8}$. - - $11\frac{1}{8}$. - - - - -
- - = 83. - - = 72. - - 11. - - - - -
- - = $83\frac{1}{2}$. - - = $72\frac{1}{2}$. - - 11. - - - - -
- - = 84. - - = 73. - - 11. - - - - -
- - = $84\frac{1}{2}$. - - = $73\frac{1}{2}$. - - 11. - - - - -
- - = 85. - - = $73\frac{7}{8}$. - - $11\frac{7}{8}$. - - 19 - -
- - = $85\frac{3}{4}$. - - = $74\frac{2}{8}$. - - $11\frac{2}{8}$. - - - - -
- - = 86. - - = $74\frac{5}{8}$. - - $11\frac{7}{8}$. - - - - -
- - = 87. - - = $75\frac{4}{8}$. - - $11\frac{4}{8}$. - - - - -
- - = 88. - - = $76\frac{2}{8}$. - - $11\frac{6}{8}$. - - - - -

2°. Acu maxima vi magnetica imbuta.

Indice = 0. Inclin. = $41\frac{3}{4}$. Differ. $41\frac{6}{8}$. temp. ad 4 osc, $12\frac{1}{2}$. min. sec.
= 70. - - = 68. - - 2. - - - - -
= 80. - - = $71\frac{6}{8}$. - - $8\frac{2}{8}$. - - - - -
= 81. - - = $72\frac{2}{8}$. - - $8\frac{6}{8}$. - - 13 - -
= 82. - - = $72\frac{6}{8}$. - - $9\frac{2}{8}$. - - - - -
= 83. - - = 73. - - 10. - - - - -
= $83\frac{1}{2}$. - - = $73\frac{1}{8}$. - - $10\frac{3}{8}$. - - - - -
= 84. - - = $73\frac{3}{8}$. - - $10\frac{5}{8}$. - - - - -
= $84\frac{1}{2}$. - - = $73\frac{4}{8}$. - - 11. - - - - -
= 85. - - = $73\frac{5}{8}$. - - $11\frac{3}{8}$. - - $12\frac{1}{2}$ - -
= 85. - - = $73\frac{6}{8}$. - - $11\frac{6}{8}$. - - - - -
= 86. - - = $74\frac{2}{8}$. - - $11\frac{6}{8}$. - - - - -
= 87. - - = $74\frac{5}{8}$. - - $12\frac{3}{8}$. - - - - -
= 88. - - = 75. - - 13. - - $12\frac{1}{2}$. - -

Facile

Facile conſtat, vnam tantum inclinationem $73\frac{1}{2}$ grad. nullatenus immutatam fuiſſe, licet vis magnetica aucta fuerit, quapropter, eandem veram eſſe. En conſequentia apprime cum praecedentibus congruens, quamuis oriatur ab experimentis diuerſo inſtrumento deſumptis.

Experimenta Kola in Laponia inſtituta die 21°. Febr. 1769. ope acus Petropolitanae.

1°. Polis acus recte manentibus.

Azym. $\omega = 90.$ Ind. $\eta = 0.$ Incl. θ fuit $= 44°.$ Hinc $\frac{C}{1+F} = T.44°.$ (a)
$= 0.$ - - $= 0.$ - - - $= 39°.30'.$ $\frac{C}{1+F+E} = T.39°.30'$ (b)
$= 180.$ - - $= 0.$ - - - $= 50.00.$ $\frac{C}{1+F-E} = T.50.$ (c)
$= 180.$ - - $= 180.$ - - - $= 134.40$ $\frac{C}{-1+F-E} = -T.45.20$ (d)

2°. Polis acus inuerſis.

Azym. $\omega = 90°$ Ind. $\eta = 0.$ - $\theta = +39.45.$ $\frac{C}{1+F} = -T.39°45$ $(a)'$
- - $= 90.$ - - $= 180.$ - $= -134.00$ $\frac{C}{-1+F} = +T.46.00$ $(b)'$
- - $= 0.$ - - $= 0.$ - $= -46.30$ $\frac{C}{1+F+E} = -T.46.30$ $(c)'$
- - $= 180.$ - - $= 0.$ - $= -34.15$ $\frac{C}{1+F-E} = -T.34.15$ $(d)'$
- - $= 0.$ - - $= 180.$ - $= -140.00$ $\frac{C}{-1+F+E} = -T.40.00$ $(e)'$
- - $= 180.$ - - $= 180.$ - $= -126.10$ $\frac{C}{-1+F-E} = +T.53.50$ $(f)'$

Supputatio experimentorum praecedentium.

Polis rectis.

1°. Ex aequat. (b,c,d) orit. $G = +1,0944.$ $E = 0,2046.$ $F = 0,1229.$ (A)
2°. - - (a,c,d) - $G = 1,0944.$ $E = 0,2150.$ $F = 0,1333$ (B)
3°. - - (a,b,d) - $G = 1,0832.$ $E = 0,1923.$ $F = 0,1216$ (C)

Polis

Polis inuerſis.

1°. Ex aequat. $(a,b\,c)'$ orit. $G'=-0,9225.E'=-0,2338.F'=+0,1092$ (A)'
2°. - - $(a,b,e)'$ - $G'=-0,9225\ E'=-0,2086.F'=+0,1092$ (B)'
3°. - - $(a,b,d)'$ - $G'=-0,9225.E'=-0,2330.F'=+0,1092$ (C)'
4°. - - $(c,d,e)'$ - $G'=-0,9343.E'=-0,2364.F'=+0,1230$ (D)'
5°. - - $(c,e,f)'$ - $G'=-0,9343.E'=-0,2152.F'=+0,1018$ (H)'
6°. - - $(d,e,f)'$ - $G'=-0,9149.E'=-0,2107.F'=+0,1204$ (K)'

Si medium ſumatur inter hos diuerſos valores, orientur:

$G=1,0888$ et $G'=-0,9239$
$E=0,2040$ $E'=-0,2229$
$F=0,1259$ $F'=+0,1120$

vnde elicitur vera inclinatio $\alpha=77°:75'$.

Sed ſi adhibeantur

quantitates (B) et (B)' erit inclinatio $\alpha=78°:4'$
- - - (C) et (D)' - - - - $\alpha=78:1$
- - - (A) et (K)' - - - - $\alpha=78:19$

Ex his omnibus elicitur inclinatio acus magneticae *Kolae* $=78$ grad. Eodem die *Kolae* alia quoque inſtitui experimenta ope acus BASILEENSIS, ex quibus ſequentes deduxi aequationes

1°. Polis rectis	2°. Polis inuerſis
$\frac{1+G}{F+E}=$ T. 34°: 20′ (c)	$\frac{G}{1+F-E}=-$ T. 43°: 00′ (c)′
$\frac{G}{1+F+E}=$ T. 39: 15 (d)	$\frac{G}{1+F+E}=-$ T. 56: 00′ (d)′
$\frac{G}{1+F-E}=$ T. 53: 15 (e)	$\frac{1+G}{F+E}=-$ T. 67: 50 (e)′
$\frac{1+G}{F+E}=$ T. 64: 30 (f)	$\frac{1+G}{F-E}=-$ T. 66: 30 (f)′

Ex

Ex aequat. $(c,d,e,)$ oritur $G=1,9324$. $E=0,4610$, $F=0,9040$ (A)
- - $(d,e,f,)$ - $G=1,9772$. $E=0,4718$, $F=0,9482$ (B)

Sic quoque:

ex aequat. $(c,d,e,)'$ orit. $G'=-2,2186, E'=-0,4413, F'=+0,9378$.(A)$'$
- - $(c,d,f)'$ - $G'=-2,2502, E'=-0,4476, F'=+0,9654$.(B)$'$
- - $(d,e,f,)'$ - $G'=-2,2186, E'=-0,4515, F=+0,9480$.(C)$'$

medium sumendo inter has varias quantitates, obtinebitur

$G=1,9548$ et $G'=-2,2344$
$E=0,4664$ $E'=-0,4468$
$F=0,9261$ $F'=+0,9504$

vnde elicitur vera inclinatio $\alpha=77°:41'$
et adhibitis (B) et (C)$'$ erit - $\alpha=77:35$
- - - (A) et (B)$'$ - - $\alpha=77:42$
- - - (B) et (A)$'$ - - $\alpha=77:44$

Ex his omnibus igitur inclinatio acus *Kolae* $77\frac{2}{3}$ grad. quae vna tantum tertia parte gradus differt ab ea, quam superius ope alius acus, deduximus. Binas inclinationes obseruatas consulto praetermiseram, quod minus rectas putabam, siquidem consequentiae omnino differentes ex iis deducebantur; sed cum iis aliquid peculiaris insit, et interdum id accidere possit, eas nunc hic afferam:

Azim. $\omega=90$. Ind. $\eta=0$. Inclin. $\theta=45°.15'$ vnde $\frac{G}{1+F}=T,45°,15'$
- - - 90 - $=270$ - $=46°.00'$ - $\frac{1+G}{F}=T,46°,00'$

Ex his duabus aequationibus, deducuntur G=1, 3391, et F=0, 3275 valores prorſus diuerſi ab ſupra deductis ex aliis aequationibus, nihilo tamen minus, verae ſunt hae aequationes, ſiquidem cum iis ſat accurate congruunt, valores G et F ex aliis aequationibus ſupputati; ſed obſeruandum eſt, inclinationes duas 45°, 15′ et 46°, 00 tam parum inter ſe differentes, pro vna eademque haberi poſſe, ſic vnica tantum obtinetur aequatio, ad duas incognitas G et F determinandas, vnde fit Problema indeterminatum; reiiciantur tales aequationes, ſiquidem facillime ab iis in errorem induci poſſumus.

Experimenta *Ponoi* inſtituta die 18°. Martii 1769. ope acus Petropolitanae.

1°. Polis rectis.	2°. Polis inuerſis
$\frac{G}{1+F+E}$ = T. 33°: 30′ (*a*)	$\frac{G}{1+F+G}$ = − T. 51°: 45′ (*a*)′
$\frac{G}{1+F-E}$ = T. 42: 00 (*b*)	$\frac{G}{-1+F+E}$ = + T. 41: 30 (*b*)′
$\frac{G}{-1+F+E}$ = - T. 48: 10 (*c*)	$\frac{G}{1+F-E}$ = − T. 83: 30 (*c*)′
$\frac{G}{-1+F+E}$ = - T. 35: 50 (*d*)	$\frac{G}{-1+F+E}$ = + T. 57: 00 (*d*)′

Si ſumant. (*a*,*c*,*d*,) erit G=0, 8313. E=0, 2035, F=0, 0523 (A)
- - - (*a*,*b*,*c*,) - G=0, 8313. E=0, 1663, F=0, 0896 (B)
- - - (*b*,*c*,*d*,) - G=0, 8015. E=0, 1962, F=0, 0863 (C)
Tres aequat. (*a*,*b*,*c*)′ dant. G′=-1.0424. E′=-0,2443 F′=+0,0662. (A)′
- - - (*a*,*b*,*d*)′ - G′=-1,0424. E′=-0,2506. F′=+0,0724. (B)′

1°.

1°. adhibendo (B) et (B)′ oritur inclinatio $\alpha = 77° : 20'$.
2°. - - (B) et (A)′ - - - - $= 77 : 30$.
3°. - - (A) et (A)′ - - - - $= 76 : 31$.
4°. - - (C) et (A)′ - - - - $= 76 : 36$.
5°. - - (C) et (B)′ - - - - $= 76 : 23$.

Duae priores vno circiter gradu a sequentibus differunt, hoc igitur ex (B) seu ex aequationibus (a,b,c) oritur, quae quantitatem E multo minorem exhibent, et si accurate hae perpendantur aequationes, facile patebit, hoc ex quantitate b oriri, in qua leuis error, hic multo maiorem effectum, quam in combinatione (b,c,d) gignit; iamque experimentum instituendo, hanc inclinationem b minus accuratam notaueram, quapropter inclinationem $76\frac{1}{2}$ statuo.

Die 19° Martii Experimenta sequentia instituí ope acus Basileensis.

1°. Polis rectis		2°. Polis inuersis	
$\frac{G}{1+F+E} = T.37° : 45'$	(a)	$\frac{G}{1+F+E} = -T.57° : 10'$	$(a)'$
$\frac{1+G}{F+E} = T.63 : 40$	(b)	$\frac{1+G}{F+G} = -T.70 : 00$	$(b)'$
$\frac{G}{-1+F+E} = T.77 : 40$	(c)	$\frac{G}{-1+F+E} = +T.76 : 25$	$(c)'$
$\frac{-1+G}{F+E} = T.33 : 00$	(d)	$\frac{G}{1+F-E} = -T.42 : 30$	$(e)'$
$\frac{G}{1+F-E} = T.52 : 45$	(e)	$\frac{1+G}{F-E} = -T.40 : 20$	$(f)'$
$\frac{-1+G}{F-E} = T.63 : 45$	(g)	$\frac{-1+G}{F-F} = -T.65 : 50$	(h)

Ex aequat. (c,d,g) oritur $G = 1,9224. E = 0,4827. F = 0,9375.(A)$
- - - - (a,b,e) - - $G = 1,8729. E = 0,4973\ F = 0,9215.(B)$
et ex aequat. $(a,e,f)'$ erit $G' = -2,1479. E' = -0,4790. F' = 0,8650.(A)'$
- - - $(b,c,h)'$ - $G' = -2,2523. E' = -0,5018. F' = 0,9576.(B)'$

Inde 1°. ex quantitatibus (A) et (A)′ elicitur Inclinatio $\alpha = 76°: 44'$
- 2°. - - - - - (B) et (B)′ - - - - - $= 76: 21$

Inclinatio ergo ex his experimentis deducta est $76\frac{1}{2}$ grad.

Die 22° Martii BERNOVLLIANAM methodum, ope acus Petropolitanae in vsum vocaui, vim magneticam pro viribus imminui, inclinationesque inter 70° et 80° gradum obseruaui, angulus indicis semper quinque gradibus, angulum inclinationis acus superabat, et intra circiter 19 minut. secund. quatuor oscillationes 5 seu 7 graduum acus perficiebat.

Acu dein rursus maxima vi magnetica imbuta, quatuor oscillationes intra 13 seu 14 minut. secund. absoluebantur, et inclinationes sequentes obseruaui.

Indice	Inclinat. erat	Different
= 0	= 37°: 35′	= - - -
= 79	= 74: 25	= 3°: 35′
= 80	= 75: 45	= 4: 15
$= 80\frac{1}{2}$	= 76: 00	= 4: 30
= 81	= 76: 25	= 4: 35
$= 81\frac{1}{2}$	= 76: 40	= 4: 50
= 82	= 76: 25	= 5: 35
= 83	= 77: 00	= 6: 00

Ex his vera inclinatio inter 76°: 25′ et 76°: 40′ apparet, vnde eam $76\frac{1}{2}$ grad. statuo.

Die 26° Martii vi magnetica eiusdem acus rursus quantum potui aucta, obseruaui

Indi-

Indice =80° Inclinat. erat 75°: 50′ Differentia 4°: 10′
- - =81 - - - 76: 15 - - - 4: 45
- - =82 - - - 76: 40 - - - 5: 20
- - =83 - - - 77: 00 - - - 6: 00

Sic inclinatio rurſus ex his, $76\frac{1}{2}$ grad. reperitur.

Die 17° Maii, eadem methodo, ope acus BASILEENSIS vſus ſum.

1°. Vi acus magneticae maxime imminuta	2°. Acu maxima vi imbuta. Different. Inclinat.
Indice = 0, Inclinatio =−4°	Indice =85 Incl. =76 - - +2
- - =85 - - - =74°	- - =86 - =$76\frac{3}{8}$ - - +$1\frac{3}{8}$
- - =86 - - - =75	- - =87 - =$76\frac{5}{8}$ - - +$0\frac{4}{8}$
- - =87 - - - =$76\frac{1}{8}$	- - =88 - =77 - - −$0\frac{1}{8}$
- - =88 - - - =$77\frac{1}{8}$	- - =89 - =$77\frac{4}{8}$ - - −$0\frac{6}{8}$
- - =89 - - - =$78\frac{2}{8}$	- - =90 - =$77\frac{7}{8}$ - - −$1\frac{1}{8}$
- - =90 - - - =79	

Hinc elicitur inclinatio $76\frac{3}{4}$ grad.

Medium ſumendo inter omnes conſequentias ex meis experimentis deductas obtinetur inclinatio acus magneticae anno 1769.

1° Petropoli ſub Latitud. 59°. 56′ et Longit. 48°. - - $73\frac{3}{4}$ grad.
2°. Ponoi. - - - 67. 4 - - - 58°. 50′ - $77\frac{1}{2}$ grad.
3°. Kola - - - 68. 52 - - - 50°. 37′ - $77\frac{3}{4}$ grad.

Obſeruationes meteorologicae a menſe Februario ad Iunium vsque anno 1769. in *Lapponia* inſtitutae a D. MALLET.

Prima columna indicat diem et locum, ſecunda horam, tertia gradum thermometri Reaumuriani, in aëre libero expoſiti, ſignum — indicat gradum infra o. Quarta columna exhibet altitudinem Barometri in pollicibus et lineis pedis Pariſienſis. Quinta gradum oſtendit thermometri Reaumuriani in cubiculo iuxta barometrum appoſiti, vt varii temperiei gradus, effectum in altitudinem barometri, quisque iudicare poſſit. In ſexta ventus, et in ſeptima caeli tempeſtas notatur. Littera N ſeptentrionalem ventum, S auſtralem, O occidentalem et E orientalem deſignabit.

Menſe Februario.

Hoc menſe Petropoli, iter faciendo Laponiam verſus, barometri altitudines obſeruare mihi non licuit, eas tantum Kolae, dum ibi per aliquot dies degerem, annotaui.

Dies et locus.	hora	Therm. exter.	Baromet.	Therm. in cubic.	Ventus	Caeli Tempeſtas.
1. *Petropoli.*	8h. mat. 10 veſp.	— 25. — 17.			O.	omnino purum.
2. *Petropoli.*	8. m. 10. v.	— 17. — 13.			O.	omnino purum.
3. *Petropoli.*	- -	- - - -	- - - -	- - - -		nubiloſum.
4. Iuxta *Ladogae Canalem*	7. m.	— 20½.				omnino purum.
5. *Woronina*	mat.	— 15.				omnino purum.
6. *Olonz.*	m.	— 17½.				omnino purum.

Menſe

Februario menſe.

Dies et locus	hora.	Therm. in cubic.	Baromet.	Therm. in cubic.	Ventus.	Caeli tempeſtas.
7. *Widana.*	m.	-- 17½.				matutino tempore ſerenum veſpere nix et ventus.
8. *Suny.*	m.	-- 5.				nubiloſum, nix et ventus.
9. *Shumskoi jam*	m.	-- 4.				nubiloſum, nix et ventus.
10. *Wigo oſero*	m.	-- 2.				nubiloſum, nix et ventus.
11. *Suma.*	m.	-- 6.				matutino tempore ſerenum, dein nubiloſum.
12. vltra *Kemi*	veſpere	-- 6¼.				omnino purum.
13. *Pongama.*	mat.	-- 4¾.				nubiloſum et vent. vehem.
14. citra *Keretti*	m.	-- 4¾.				nubiloſum et ventus.
15. citra *Koweda*	m.	-- 4¼.				nubiloſum et ventus.
16. *Kandalax.*	m.	-- 4¾.				ſol interdum fulſit.
17. *Kandalax.*	m.	-- 4¾.				ſol interdum.
18. *Nimboſero.*	veſper.	-- 9.				veſpere aurora Borealis.
19. citra *Kola.*	m.	-- 9½.				
19. *Kola.*	9. veſp.	- - -	27ᵖ. 10½ˡ.	15½.		
20. *Kola.*	7. m.	-- 2.	27. 7.	12.	SO. vehemens.	nix.
	12.	- - -	27. 6.	15.		veſpere ſerenum.
	11. v.	- - -	27. 8.	16		
21. *Kola.*	7. m.	-- 9.	27. 7½.	11.		ſerenum.
	2. v.	- - -	27. 7½.	12½.	SO.	
	10. v.	- - -	27. 6½.	15.		veſpere nix.
22. *Kola.*	7. m.	-- 6.	27. 6.	11.		nubiloſum.
	10. v.	- - -	27. 7½.	14½.		veſpere leuis aurora Bor.
23. *Kola.*	7. m.	-- 7.	27. 7½.	11½.		ſol interdum.
24. 100. Werſt. vltra *Kola.*	m.	-- 1¾.			S. vehemens.	nubiloſum et nix.
25. prope *Semo ſtrow* pagum.	m.	-- 1¾.			S. vehemens.	paululum ninxit.
26. inter *Semo ſtrow* et *Terski* 10	m.	-- 3¾.			S vehemens.	nubiloſum.
27. *Terski* alio.	m.	-- 6.				nix, et veſpere ſplendida aurora Borealis.
28. *Ponoi.*	m.	-- 8.				
	v.	-- 9.				

Menſe Martio.

Dies	hora	Therm exter.	Baromet.	Therm. in cubic.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Ponoi					S E. vehe-	nubiloſum.
1.	8. mat.	-- 7½.	- - - -		mens.	
	8. veſp.	-- 12½.	27P. 3¾l.	14.		
	8. m.	-- 14.	27. 3.	6½.	S E. vehe-	Sol interdum fulſit ante
2.	12.	-- 14.	- - - -		mentiſſimus.	meridiem, dein nubilo-
	10. v.	-- 15¼.	27. 3¾.	15.		ſum
	7. m.	-- 17.	27. 3¾.	10.	N. minus ve-	leuiter caliginoſum
3.	12.	-- 16½.	27. 5¾.	9.	hemens.	veſp. ſerenum, et aurora
	10. v.	-- 23.	27. 6½.	17.		Borealis.
	7. m.	-- 21¼.	27. 7½.	15.	O.	Serenum Sole oriente,
4.	1. v.	-- 14½.	- - - -	- -		dein nubiloſum.
	10. v.	-- 10¼.	27. 6¾.	- -		
	7. m.	-- 12½.	27. 7.	8.	S O. leuis ma-	omnino purum per totum
5.	12.	-- 12¼.	27. 7.	15.	tut. et validior	diem, veſp. nubeculum, et
	9. v.	- 14½.	27. 6½.	17.	veſp.	lumen albic. ad ſeptentr.
	7. m.	-- 11½.	27. 4.	13.	pacatum	Sol interdum, veſpere
6.	12.	-- 11.	27. 4.	9.	E ſurg. hor. 10	ſerenum et lumen albicans
	10. v.	-- 21.	27. 6½.	12.	vehem. veſp.	inter ſeptent. et orientem.
	7. m.	-- 22.	27. 10.	9.	E.	ſerenum, ſed nebul. prope
7.	12.	-- 21.	27. 10¾.	13.	dein pacatum	hor. circul. colorat. circum
	10. v.	-- 23½.	28. 0½.	14½.		Sol. dein omnino purum.
	7. m.	-- 12.	27. 11.	10½.	O vel S O per	Sol interdum
8.	12.	-- 17.	27. 9¼.	13½.	totum diem	veſp. nubiloſum.
	9. v.	-- 15.	26. 6.	15.	vehementiſſ.	
	8. m.	-- 13.	27. 1.	9.	S O. vehem.	Sol interdum.
9.	12.	-- 11.	26. 11½.	14.	per totam no-	
	9. v.	-- 8½.	27. 3.	13½.	ctem et diem.	
					veſp. ſubſedit.	
	7. m.	-- 9.	27. 0¾.	12½.	O. non veh.	matut. paululum ninxit
10.	12.	-- 6.	27. 0½.	17.	dein N fortior	veſp. purum.
	10. v.	-- 11.	27. 4¾.	14.	veſp. ſubſedit.	

Menſe

Menſe Martio.

Dies	hora.	Therm. exter.	Baromet	Therm. in cubic.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Poni	7. mat.	— 9½.	27. 5¼.	13.	O. ſat fortis	Sol interdum fulſit.
11.	12.	— 8.	27. 5¾.	13½.	veſpere ſub-	
	11. veſp.	— 10½.	27. 7¼.	16.	ſedit.	
	7. m.	— 6½.	27. 6¼.	14.	NO. ſat for-	Sol interdum.
12.	12.	— 5.	27. 5¾.	15½.	tis veſpere	
	10. v.	— 6¼.	27. 5¼.	15.	minor.	
	7. m.	— 4¾.	27. 5½.	15.	NO. leuis	Sol interdum.
13.	12.	— 3¼.	27. 5½.	13½.	interdum va-	dein nubiloſum.
	10. v.	— 4½.	27. 6¾.	12.	lidior.	
	7. m.	— 8.	27. 8.	13½.	SE. leuis ſed	nubiloſum, paulul. ninxit.
14.	1. v.	— 7.	27. 8.	12.	frigidiſſimus.	
	10. v.	— 9½.	27. 7½.	15.		
	7. m.	— 8¼.	27. 6.	13.	S. leuiſſimus.	Sol interdum, et nix.
15.	1. v.	— 5.	27. 5.	12.		
	10. v.	— 7.	27. 4¾.	16.		
	7½. m.	— 5¾.	27. 3½.	14.	S. leuiſſimus.	nubiloſum, paulul. ninxit.
16.	1. v.	— 2.	27. 3½.	13.		
	10. v.	— 4¾.	27. 2½.	12½.		
	7½. m.	— 5.	27. 2½.	15.	pacatum per	nebuloſum ante meridiem
17.	12.	— 1½.	27. 2.	14.	totum diem.	dein nubiloſum.
	10. v.	— 4½.	27. 3½.	12½.		
	7½. m.	— 4.	27. 3¼.	10.	m.vent.nullus	nebuloſum ante meridiem
18.	1. v.	+ 1.	27. 2¾.	15½.	SE. ſurrexit,	dein nubiloſum et nix.
	10. v.	— 2.	27. 2¾.	15.	et veſpere	
					ſat vehemens	
	7. m.	— 1.	27. 3¼.	13½.	SO. leuis.	nubiloſum
19.	2. v.	+ 1½.	27. 3¾.	12½.		Sol interdum fulſit
	10. v.	— 1½.	27. 4½.	12.		veſp. nubiloſum.
	7. m.	— 3½.	27. 4½.	9½.	O. leuiſſimus	purum per totum diem
20.	1. v.	— 2.	27. 5.	15½.		veſp. nebuloſum.
	10½. v.	— 8.	27. 5.	15½.		

Menſe Martio.

Dies	hora	Therm. exter.	Baromet.	Therm. in cubic.	Ventus	Caeli Tempeſtas.
Ponoi	7½. mat.	— 3¼.	27. 5½.	14.	pacatum.	ſol interdum
21.	1. v.	+ 0¾.	27. 7¼.	15½.		veſp. nubiloſum
	10. veſp.	— 2½.	27. 9¾.	15½.		
	7. m.	— 9.	28. 0¾	14.	O. vel SO. leu.	nubiloſum
22.	1. v.	— 4.	28. 1.	15.	veſp. validior.	
	10. v.	— 4½.	28. 1.	15.		
	7. m.	— 9.	28. 0¾.	13.	S O. vehem.	omnino purum
23.	1. v.	— 4½	28. 0½.	16.	nocte, minus	veſp. nubiloſum.
	10. v.	— 5.	27. 10¾.	16.	vehem. die.	
	7. m.	— 6.	27. 8¾.	14.	S O. vehem	ſol interdum
24.	1. v.	— 2½.	27. 8.	15.		
	10. v.	— 3½.	27. 7.	15.		
	7. m.	— 1½.	27. 5½.	14.	O. min. veh	nubiloſum ante meridiem
25.	1. v.	— 2½.	27. 5½.	15.	hora 10a ſurg.	dein purum et frigidum
	10. v.	— 10.	27. 6¾.	14.	veſp. validior	
	7. m.	— 5½.	27. 3½.	13.	SO. veh. noc.	nubiloſum matut.
26.	2½. v.	— 2¼.	27. 0¾.	16.½	vehemenſſ.	dein ſol
	10. v.	— 3.	27. 0.	15.½	per totum d.	veſp. nubiloſum
	7. m.	— 4½.	27 0	12.	O. vehem.	nubiloſum. dein ſol,
27.	2. v	— 6¾.	27. 3½.	15.	nocte, dein	veſp. nubiloſum
	10. v.	— 8.	27. 6¾	17.	NO fact. eſt,	veſp. hora 10 ventus ab
					ſemp. veh	E. ſeu NE. habat
	7. m.	— 9¾.	27. 10½.	14.	ſubſed. vent.	nubiloſum
28.	1. v.	— 6½.	27. 11¾.	15.	paul. ab E ſt.	veſp. ſerenum
	10. v.	— 5.	28. 0½.	15.	veſp. O. leu.	
	5½. m.	— 11.			O. validu.	ſol interdum
29.	7. m.	— 10.	27. 10½.	13.	veſp. ſubſed.	
	1. v.	— 5.	27. 10¾.	16.		
	10. v.	— 6.	27. 11.	15.		
	7. m.	— 3.	27. 10½.	12.	SO. non veh.	nubiloſum
30.	1. v.	+ 1	27. 10½.	17	veſp. valid.	veſp. lux ad ſeptentiro-
	10. v.	0.	27. 10¼.	16.		nem
	7. m.	+ ½	27. 9¼.	14.	NO. vehem.	nubiloſum pluuia et nix
31.	1. v.	— 4.	27. 10.	15.	dein N. veh	
	10. v.	— 9⅓	28. 0.	15.	veſp. pacat	

Menſe

Menſe Aprili.

Dies	hora.	Therm. rter.	Baromet.	Therm. inter.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Ponoi	7. mat	— 8.	27 P. 1 l. $\frac{3}{4}$	15	O. non ve-	nubiloſum, dein ſol
1.	12.	— $6\frac{1}{2}$.	28. 00.	$16\frac{1}{2}$.	hemens.	veſp. nubiloſum
	$9\frac{1}{2}$. veſp.	— $8\frac{1}{4}$.	27. $11\frac{1}{4}$.	15.		
	7. m.	— $6\frac{1}{4}$.	27. $9\frac{1}{4}$.	13.	SO.	nubiloſum
2.	1. v.	0.	27. $8\frac{3}{4}$.	$16\frac{1}{2}$.	dein S. leuis	
	10. v.	— $2\frac{1}{2}$.	27. 6.	16.		
	7. m.	— 1.	27 4.	14.	SO. leuis	nubiloſum, paululum ninxit
3.	1. v.	+ 1.	27. $3\frac{1}{2}$.	15.	veſp. O. va-	
	11. v.	— $3\frac{3}{4}$.	27. $4\frac{1}{2}$.	16.	lidior	
	7. m.	— $5\frac{3}{4}$.	26. $11\frac{3}{4}$.	14.	NE. leuis	nubiloſum et nebulae
4.	12.	— 1.	26. $11\frac{1}{4}$.	16.	S. leuis	
	10. v.	— $4\frac{1}{4}$.	17. $0\frac{1}{4}$.	15.		
	7. m.	— $2\frac{3}{4}$.	26. $11\frac{3}{4}$.	14.	SO. vehem.	nubiloſum, et ſol inter-
5.	12.	— 1.	26. $11\frac{1}{4}$.	16.	dein N.	dum fulſit, veſp. maxime
	10. v.	— $7\frac{1}{2}$.	27. $0\frac{1}{4}$.	15.		nubiloſum
	5. m.	— $13\frac{3}{4}$.	27. $0\frac{1}{4}$.	13.	NO. vehem.	purum, ſed tenues nebu-
6.	1. v.	— $8\frac{1}{4}$.	27. $0\frac{1}{2}$.	17.		lae prope horiſontem
	12. v.	— $10\frac{1}{2}$.	27. $1\frac{3}{4}$.	15.		
	7. m.	— $9\frac{1}{2}$.	27. $3\frac{1}{4}$.	12.	NO. minus	nubiloſum ſed dein ſere-
7.	12.	— 9.	27. $4\frac{1}{4}$.	15.	vehemens.	num
	10. v.	— 11.	27. 6.	14		
	2. m.	— $13\frac{1}{2}$.			NO. leuis	purum, nubiloſum poſt
8.	12.	— 10.	27. $6\frac{1}{2}$.	11.		meridiem veſp. paulu-
	9. v.	— 9.	27. $6\frac{1}{2}$.	11.		lum ninxit.
	$7\frac{1}{2}$. m	— 9.	27. 6.	10.	NE. valid.	nubiloſum,
9.	1. v.	— 9.	27. $5\frac{3}{4}$.	14.		ſol aliquantulum fulſit ad
	$10\frac{1}{2}$. v.	— $9\frac{1}{2}$.	27. $5\frac{3}{4}$.	14.		meridiem
	7. m.	— 14.	27. $6\frac{1}{2}$.	10.	NO. leuis	purum, veſp. nubiloſ. vent.
10.	12.	— $12\frac{3}{4}$.	27. 8.	9.	veſp. SO.	SO aucto, frig. imminuit.
	10. v.	— $14\frac{1}{2}$.	27. $8\frac{3}{4}$.	15.	validior.	v. hora $11\frac{1}{2}$ thermom. - 13.

Menſe Aprili.

Dies	Hora.	Therm. exter.	Baromet.	Therm. inter.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Ponoi	7. mat.	— 10.	27^{l}. 8^{l}. $\frac{1}{4}$	12.	S O. leuis	omnino purum
11.	12.	— 6.	27. 7$\frac{1}{2}$.	13.	veſp. validior	veſp. nubiloſum.
	10. veſp.	— 6$\frac{1}{2}$.	27. 7.	15.		
	7. m.	— 6	27. 4$\frac{3}{4}$	12.	S O. vehem	maxime nubiloſum.
12.	1. v.	— 3$\frac{3}{4}$.	27. 3$\frac{3}{4}$.	16.	veſp. minus	
	10. v.	— 3.	2S. 2.	16.	vehemens.	
	7. m.	— 1$\frac{1}{2}$.	27. 3$\frac{1}{2}$.	13$\frac{1}{2}$.	S O. leuis,	nubiloſum.
13.	1. v.	0.	27. 3.	12$\frac{1}{2}$.	poſt merid.	
	10. v.	— 1.	27. 2$\frac{1}{4}$.	11.	vehemens,	
	7. m.	0.	27. 0$\frac{3}{4}$.	8.	S O. vehem.	nubiloſum.
14.	1. v.	+ 1.	27. 0$\frac{1}{2}$.	13.	veſp. magis	veſp. ninxit.
	10. v.	— 1$\frac{1}{2}$.	27. 1.	15.	ab O.	
	7. m.	— 6.	27. 3.	12.	N O.	
15.	1. v.	— 3$\frac{1}{2}$.	27. 4$\frac{1}{2}$.	11.	dein pacatum	purum
	10. v.	— 6$\frac{1}{2}$.	27. 3$\frac{1}{4}$.	15.	veſp. S.	veſp. nubiloſum.
	7. m.	— 3$\frac{1}{2}$.	26. 10.	12.	E. vehemens	nubiloſum, paulul. ninxit
16.	1. v.	— 2$\frac{1}{2}$.	26. 9$\frac{3}{4}$.	11.	veſp. fere N.	veſp. clarius.
	10. v.	— 6$\frac{1}{2}$.	27. 1.	13.		
	7. m.	— 8.	27. 4$\frac{1}{4}$.	12.	NE. leuiſſim.	purum dein nubiloſum.
17.	1. v.	— 6$\frac{1}{2}$.	27. 5$\frac{3}{4}$.	11.	veſp. S.	
	10. v.	— 10$\frac{1}{2}$.	27. 7.	16.		
	7. m.	— 5$\frac{1}{2}$.	27. 6.	14.	S. leuis	nubiloſum
18.	1. v.	0.	27. 5$\frac{1}{4}$.	13.	veſp. paca-	veſp. et nocte ſerenum.
	10. v.	— 4$\frac{1}{2}$.	27. 4$\frac{1}{4}$.	12.	tum et O S O	
	7. m.	— 3.	27. 4.	9$\frac{1}{2}$.	N O. leuiſſi-	omnino purum
19.	1. v.	+ 1$\frac{1}{2}$.	27. 4.	14$\frac{1}{2}$.	mus dein S O	poſt meridiem nubiloſum
	10. v.	— 3$\frac{1}{2}$.	27. 3$\frac{1}{2}$.	15.	veſpere vehe-	veſp. clarius.
					mens.	
	8$\frac{1}{2}$. m.	— 1.	27. 3$\frac{1}{4}$.	12.	S O. vehem.	omnino purum
20.	1. v.	+ 1.	27. 3$\frac{1}{4}$.	11.	veſp. leuis.	dein nubiloſum, veſp. pau-
	10. v.	0.	27. 3$\frac{1}{4}$.	11.		lulum pluit

Menſe

Menſe Aprili.

Dies	hora.	Therm. inter	Baromet	Therm. inter.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Ponoi	7½. mat	— 1.	27. 2¼	9.	SO. non veh.	nubiloſum
21.	1. veſp.	— 2.	27. 3¾.	12.	dein NO vel	veſp. clarius.
	0. v.	— 5.	27. 5	13.	N vehement.	
	½. m.	— 3.	27. 6½.	10.	NO. vehe-	Sol interdum fulſit, dein
22.	1. v.	— 2¼.	27. 8.	12½.	mens.	nubiloſum.
	7. v.	— 4.	27. 9¼.	15.		
					NE. vehe-	omnino purum,
23.	1. v.	— 2.	27. 9⅗.	10.	mens.	dein nubiloſum et nebul.
	9. v.	— 1½.	27. 9¾.	9½.		
	9. m.	— 1.	27. 10½	9.	fere pacatum	nebuloſum, dein clarius
24.	2. v.	+ 1.	27. 11.	14.		veſp. nebulae.
	10½. v.	— 1½.	28. 0.	15.		
	8. m.	0	28. 1¼.	12½.	pacatum.	ſerenum.
25.	12.	0.	28 1¾.	12.		
	10. v.	— 6¼.	28. 1⅜.	10½.		
	1. m.	— 7½.				purum per totum diem
26.	8. m.	— 3½.	28. 0¾.	10.	SO. leuiſſi-	veſp. nubiloſum, et ther-
	12.	+ 0½	28. 0.	11.	mus fere pa-	mometrum aſcendit.
	10½. v.	— 3.	27. 11.	14.	catum.	
	9. m.	0.	27. 11½	12.	NO.	nubiloſum,
27.	1. v.	+ 1½.	27. 11¾.	11½.	veſp. SO. ve	ſole occidente clarius et
	10. v.	— 1½.	28. 0.	10½.	hemens.	nocte purum.
	1. m.	— 2½.				nubiloſum per diem
28.	9. m	+ 1½.	27. 9¾	11.	SO. vehem	purum per noctem.
	2. v	+ 3¾	27. 9.	11½.	veſp.pacatum	
	0. v.	+ 1.	27. 8¾	12½.		
	1. m.	— ½.				nubiloſum
29.	9. m.	+ 2.	27. 8.	12.	SO. minus	veſp. paululum pluit.
	1. v.	+ 4.	27. 7.	12.	vehemens	
	0. v.	+ 1¼.	27. 4½.	11.	veſp. magis.	
	8 m.	+ 3.	27. 2.	9½.	pacatum	nebuloſum per totum
30.	1. v.	+ 0¾.	27. 1¼.	13.	veſp. SO le-	diem.
	10. v.	0.	27. 0½.	14	vis.	

Menſe Maio.

Dies	Hora.	Therm. exter.	Baromet.	Therm. inter.	Ventus.	Caeli Tempeſtas.
Ponoi	8. mat.	+ 3.	26P. 11L.	13.	pacatum	nubiloſum, paulul. ninxit.
1.	1. veſp.	— $0\frac{1}{4}$.	26. 11.	12.	lein N veh	veſp. clarius.
	$10\frac{1}{2}$. v.	— 5.	26. $3\frac{1}{2}$.	9.	veſp.min.veh.	
	$8\frac{1}{2}$. m.	— 6.	27. $6\frac{3}{4}$.	$6\frac{1}{2}$.	NO. vehem.	ommino purum.
2.	1. v.	— $5\frac{1}{4}$.	27. $7\frac{3}{4}$.	10.	dein O	
	10. v.	— $7\frac{3}{4}$.	27. 8.	11.	veſp. SO.	
	1. m.	— $8\frac{3}{4}$.	27. $7\frac{1}{2}$.	10.	SO. interdum	purum.
3.	8. m.	— 3.	27. $7\frac{1}{2}$.	11.	vehemens.	veſp. nubiloſum.
	1. v.	— $1\frac{1}{2}$.	27. $7\frac{3}{4}$.	13.		
	10. v.	— $4\frac{1}{2}$.	27. $7\frac{1}{2}$.	13.		
	8. m.	— $2\frac{1}{2}$.	27. $6\frac{3}{4}$.	11.	S O	purum per totum diem.
4.	1. v.	— 4.	27. $6\frac{3}{4}$.	10.	dein NO.	
	$9\frac{3}{4}$. v.	— $8\frac{1}{2}$.	27. $7\frac{1}{4}$.	14.		
	1. m.	— 10.	27. $7\frac{1}{4}$.	—	NO leuis	purum per totum diem.
5.	8. m.	— $7\frac{1}{2}$.	27. 9.	12.	dein SO leuis.	
	10. v.	— 8.	27. $9\frac{3}{4}$.	—		
	1. m.	— 10.	27. $9\frac{3}{4}$.		SO leuiſſimus	purum
6.	9. m.	— $6\frac{1}{2}$.	27. $9\frac{3}{4}$.	9.	dein NO	veſp. vento mutato, nubi-
Maius.

1.	9. m.	147½.	29. 6.	NNW. 2	
	3. v.	143.	29. 6½	NNW. 1	Coelum nubilum
	10.	149.	——	ſilet.	
2.	9. m.	145.	29. 7	NNW. 2	
	2. v.	144.	29. 6½.	NNW. 1	Coelum nubilum
	8.	147.	29. 6.	CSO. 1.	

Dies

Dies	Horae	Therm. De l'Isle.	Baromet.	Variat. ventor.	Coeli facies.
3.	9. m.	143½.	29 7	W 1.	Coelum vndipue nubilum poſt meridiem ad noctem vsque ſerenum.
	2. v.	141.	29. 6	W. W. 1.	
	9. v.	139½.	29. 4½	OSO. 1.	
4.	9. m.	146.	29. 4	ONO. 2.	Coelum per integrum diem nubilum, meridie ningit.
	2. v.	145½.	29. 4	ONO. 1.	
5.	7. m.	150.	29. 3½	SSO. 2.	Coelum nubilum, circa veſpereram Sol per nuces lucet.
	10. v.	148.	——	OSO. 1.	
6.	9. m.	144.	29. 4	SSO. 2.	Coelum ſerenum
	3. v.	140.	29. 4½	S. 2.	
7.	9. m.	144.	29. 3½	SSW. 2.	Coelum per integrum diem ſerenum, veſpere nucilum
	3. v.	136.	29. 3	SSO 2.	
8.	8. m.	144.	28. 9½	NO. 1.	Per integrum diem ningit
	2. v.	147.	28. 8½	NNO. 2.	
	7. v.	149.	28. 7	NO. 3.	
9.	8. m.	145½.	29. 2	NW. 3.	Mane pluit vsque ad meridiem
	8. v.	140.	29. 4	NNO. 1.	Coelum ſerenum ſparſis nubibus
10.	9. m.	142.	29. 4	SO. 2.	Coelum per integrum diem nubilum veſpere pluit.
	4. v.	140.	29. 2½	SO. 3	
	9. v.	145.	29. 2	SO. 2.	
11.	9. m.	141½.	29. 1	NW. 1.	Ante meridiem coelum nubilum
	4. v.	144.	29. 1	NW. 2.	poſt modum continuo modo ningit
	9. v.	157.	29. 2	NW. 3.	modo pluit.
12.	8. m.	148.	29. 4½	NW. 3.	Ningit, circa meridiem Sol per
	2. v.	144½.	29. 4½	NW. 4.	nubes ſparſas apparet veſpere pluit.
	9. v.	147.	29. 4½	W. 1.	
13.	8. m.	142.	29. 5	W 2.	Coelum ſerenum.
	1. v.	134.	29. 4½	SSW. 2.	Sub nubilum, poſt modum pluit
	7. v.	140½.	29. 2	S. 1.	
14.	9. m.	134½.	29. 2	SW. 1.	Mane coelum ſerenum, poſt ſub nubilum. Circa veſperam ad
	2. v.	130.	29. 2	SSW. 2.	
	9. v.	133½.	29. 2½	W. 1.	Boream horizonte a nubibus purgato Sol primum in occiduus obſeruatus eſt.

Dies	Horae	Therm. De l'isl.	Baromet.	Variat. ventor.	Coeli facies.
15.	9. m.	141.	29. 5	NW. 2.	Mane ad meridem coelum ſerenum
	2. v.	139½.	29. 5½	idem	poſt meridiem ſparſis nubibus in-
	9.	146.	29. 5½	NNO. 2.	quinatum et veſpere nubilum
16.	9. m.	145.	29. 5	NNO. 1.	Per integrum diem ningit.
	1. v.	143.	29. 4½	NO. 1	Fluuii Tuloma et Kola a glacie
	9.	148.	29. 3	idem	liberantur.
17.	9. m.	147.	29. 3½	NNO. 1.	Mane ningit, meridie coelum nu-
	2. v.	142½.	29. 3	N. 2.	bilum; poſt meridiem Sol per ſpar-
	9.	147.	29. 3	NNO. 2.	ſas nubes lucet.
18.	8. m.	140.	29. 4	NO. 2.	Mane et meridie Sol per nebulam
	3. v.	137½.	29. 3½	SO. 2.	pallidus apparet, poſt meridiem coe-
	8.	139½.	29. 2½	SSW. 2.	lum nubilum.
19.	8. m.	137.	29. 5	SSO. 1.	Coelum per integrum diem ſere-
	2. v.	125.	29. 5	idem	num.
	9.	130½.	29. 4	idem	
20.	9. m.	127½.	29. 4	S. 1.	Sol per integrum diem per nebu-
	1. v.	120.	29. 4	SSO. 2.	lam pallidus lucet.
	9.	127½.	29. 3½	idem	Coelum nubibus obductum.
21.	9. m.	122½.	29. 3½	SSO. 1.	Coelum ſerenum ſparſis nubibus,
	2. v.	119.	29. 3½	S. 3.	circa veſperam pluit et tonat, poſt
	9.	127.	29. 3½	ſilet.	modum nubilum.
22.	8. m.	136½.	29. 6½	NW. 2.	Coelum ſerenum; poſt meridiem
	4. v.	130.	29. 7½	NO. 2.	hora 9 et 10 nubibus tegitur.
	10.	136.	29. 7½	idem	
23.	8. m.	123½.	29. 7½	S. 2.	Coelum vndique ſerenum, poſt me-
	2. v.	114.	29. 7½	SSW. 2.	ridiem h. 9. coelum nubibus ſpar-
	9.	120½.	29. 6½	S. 2.	ſis tegitur.
24.	3. m.	130.	29. 6	idem.	Coelum per integrum diem ſpar-
	h. 8.	125.	29. 5½	SW. 2.	ſis nubibus inquinatum poſt me-
	1. v.	119.	29. 5½	W 1.	diam noctem pluit, tonat et fulgurat
	8.	128½.	29. 6	NNO. 3	per 3 horas.
25.	8. m.	130.	29. 5½	SO. 2.	Coelum ſparſis nubibus tectum a
	1. v.	114½.	29. 4½	SW. 2.	hora 5 pomeridiana ad mediam
	9	130½.	29. 4	NO. 1.	vsque noctem pluit et tonat.

Dies	Horae	Therm. De l'isl.	Barometr.	Variat. ventor.	Coeli facies.
26.	8. m.	124.	29. 3	SW. 1.	Ante merid. Sol per ſparſas nubes
	1. v.	124.	29. 3	W 3.	radiat: poſt meridiem continuo
	8.	132.	—	W W.	pluit.
27.	8 m.	139½.	29. 5	W W 3.	Ante meridiem pluit, poſt per in-
	1. v.	142.	29. 5½	NW. 3.	tegrum diem coelum nubibus ob-
	8.	140.	29. 5	NNW. 2.	ductum.
28.	8. m.	141.	29. 5½	NO. 1.	Coelum per integrum diem nubi-
	1. v.	143.	29. 5	NO 3.	lum, et poſt meridiem ad veſpe-
	3.	143½.	29. 5½	N 3.	ram pluit.
29.	9. m.	135.	29. 6	NW. 2.	Coelum ſparſis nubibus
	1. v.	133.	29. 5½	N. 1.	inquinatum, et per integram no-
	8.	139½.	29 5	NNO. 2.	ctem pluit.
30.	9. m.	143	29 4	NO. 1.	Per integrum diem pluit.
	v.	141½.	29. 4½	ONO. 3.	
31.	8. m.	146.	29 3½	ONO. 1.	Ante meridiem pluit, meridie coe-
	2. v.	145.	29 3	OSO. 2.	lum nubilum, circa veſperam de-
	9.	147.	29. 2	SO. 2.	nuo pluit.

Iunius

1.	8. m.	148.	29. 1	ONO. 3.	Ante meridiem pluit
	1. v.	146½.	29. 0	NO. 3.	poſt merid. coelum nubilum con-
	9.	149½.	29. 0	NNO. 4.	tinuo.
2.	9. m.	150.	29. 1½	N. 4.	Mane ningit, ante merid. et poſt
	1. v.	147.	29. 1	NNO. 3.	merid. Sol per nubes lucet ſub ve-
	9.	149½.	29. 2½	NNW. 2.	ſperam rurſum ningit.
3.	*. m.	147.	29. 1	NW. 2.	Per integrum diem ningit Sole non
	2. v.	146.	29. 0	idem	niſi circa veſperam intra nubes con-
	8.	147.	29. 0½	idem	ſpicuo.
4.	8. m.	144½.	29. 2	NNO. 2.	Ante et poſt merid. ningit tum
	1. v.				pluit viciſſim, Sole interdum per
	8.	146.	29. 2	idem	nubes conſpicuo.
5.	8. m.	145.	29. 2½	SSW. 1.	Coelum ſparſis nubibus inquina-
	v.	138.	29. 4	W 2.	tum: et poſt merid. pluit.

Dies

Dies	Horae	Therm. De l'isl.	Baromet.	Variat. ventor.	Coeli facies.
6.	9. m.	140.	29. 5	NW. 2.	Mane Coelum nubilum, post me-
	8. v.	135½.	29. 5	O. 2.	rid. ad vesp. vsque serenum.
7.	8. m.	133.	29. 5	SSO. 2.	Coelum per integrum diem nubi-
	8. v	137.	29. 3	ONO. 2.	lum; sub vesp. et per noctem pluit.
8.	9. m.	137½.	29. 1½	SW. 1.	Ad meridiem coelum nubilum
	8. v.	135.	28. 9½	NO. 1.	Post meridiem subnubilum.
9.	10. m.	135.	29. 1½	W. 2.	Mane ad merid. coelum nubilum;
	2. v.	132½.	29. 2	NNW. 1.	post merid. sparsis nubibus tectum.
	9.	138.	——	NNO. 2.	
10.	10. m.	144.	29. 2½	N. 3.	Coelum nubilum; a vespera per
	2. v.	143½.	29. 2	NNO. 3.	totam noctem pluit.
11.	8. m.	146½.	29. 1½	NO. 2.	Ante merid. coelum nubilum post
	2. v.	139.	29. 0	idem	merid. sparsae nubes, media nocte
	9.	138½.	29. 1	N. 1.	pluit.
12.	9. m.	139.	29. 1½	WSW. 2	Coelum per integrum diem nubi-
	2. v.	138½.	29. 2	idem	lum.
	7.	137.	29. 2½	idem	
13.	9. m.	140.	29. 5	SW. 2.	Coelum per totum diem nubibus
	1. v.	134.	29. 5½	WSW. 2	transparentibus obductum.
	9.	135½.	29. 5	SSW. 1.	
14.	9. m.	136½.	29. 6	WNW 3	Coelum sparsis nubibus tectum
	2. v.	135.	29. 6½	NNW. 2.	nubilum
	9.	137½.	29. 7	NNO. 1.	serenum.
15.	10. m	128.	29. 6½	WSW. 1.	Ante meridiem pluit, post meri-
	2. v.	129½.	29. 6	WSW. 2.	diem ad vesperam vsque coelum
	9.	138.	29. 5	NNO. 2.	nubilum.
16.	9. m.	140½.	29. 5½	N. 2.	Ante merid. pluit, post merid. coe-
	v.	141.	29. 5	NNO. 2.	lum nebulosum
17.	9. m.	143½.	29. 5½	NNO. 2.	Ante merid. pluit, meridie coelum
	8 v.	140½.	29. 5	NO. 1.	nubilum, post meridiem sparsis
	11.	144½.	idem	idem	nubibus inquinatum.
18.	8. m.	141.	29. 5	O. 1.	Coelum per integrum diem nubi-
	1. v.	138½.	29. 5½	ONO. 1.	lum.
	8.	141.	29. 5	idem	Pluit aliquantum.

Dies	Horae	Therm. De l'isl.	Baromet.	Variat. ventor.	Coeli facies.
19.	8. m.	141½.	29. 4½	NW. 2.	Sol integro die radiat, poſt merid.
	7. v.	138.	29. 2	idem	viciſſim pluit et grandinat.
20.	8. m.	142.	29. 2	WNW. 3	Ante meridiem Sole viciſſim radi
	1. v.	139½.	29. 1½	idem	ante pluit, poſt meridiem ad
	8.	140.	29. 1	NW. 1.	veſperam vsque coelum nubilum.
21.	8. m.	139.	29. 2½	NW. 2.	Per integrum diem pluit viciſſim
	1. v.	137.	29. 3	idem	Sole per nubes rariſſime lucente.
	1.	142.	29. 3	ſilet	
22.	9. m.	138½.	29. 5	NW. 2.	Sol per nubes ſpiſas radiat.
	1. v.	138.	29. 4½	NO. 1.	Pluit.
	8.	134½	29. 4	NO. 1.	Sub veſperam coelum ſerenum.
23.	8. m.	134½.	29. 2½.	SO. 2.	Coelum per integrum diem nubi-
	1. v.	131.	29. 1½.	SSO. 2.	lum, circa meridiem et veſperam
	10.	131½	29. 1	OSO. 1.	pluuium.
24.	8. m.	134½.	29. 0½	NNO. 1	Pluit per integrum diem.
	1. v.	133½.	29. 0½	N. 1.	
	8.	138½	29. 0½	NNO. 3.	
25.	7. m.	144.	29. 1.	NNO. 3.	Coelum nubilum continuo, ſub veſpe-
	1. v.	142½.	29. 1	N. 3.	ram pluit, et Sol inter nubes
	8.	144½.	29. 0½	NW. 2.	lucet.
26.	8. m.	140½.	29. 2	NW. 1.	Sol radiat toto die ſparſis nubibus.
	1. v.	135.	29. 2½	W. 1.	
	9.	136½.	29. 1½	O. 2.	
27.	8. m.	137½.	29. 2½	N. 2.	Sol lucet interdum intra hiatus nu-
	2. v.	134½	29. 2½	NNO. 2.	bilum.
	8.	137½.	29. 2½	idem	
28	8. m.	140.	29. 2	NNW 2.	Ante meridiem pluit.
	8. v.	133½.	29. 1½	NNO. 1.	Sol interdum lucet.
29.	8. m.	136½.	29. 3.	NNO. 1.	Pluit paululum.
	12.	135.	29. 2½	NNO. 2.	Sol lucet, poſt meridiem nubes
	8. v.	137.	29. 3	idem	ſuperueniunt.
30.	10. m.	138.	29 3½	NW. 2.	Coelum nubilum.
	2. v.	136½.	29. 3¾	NNW 2.	Poſt mer. Sol lucet interd. hora 9. v.
	8.	133½.	29. 3½	idem	pluit, poſt modum coel. indique ſer

Iulius.

Iulius.

Dies	Horae	Therm. De l'isl.	Barometr.	Variat. ventor.	Coeli facies.
1.	8. m.	135.	29. 4	NO 1.	Per integrum diem coelum ſerenum
	1. v.	131.	29. 4	NNW. 2.	ſparſis hinc inde nubibus.
	8.	133.	29. 3½	N. 2.	
2.	8. m.	132½.	29. 3	NW. 2.	Coelum ſerenum ad merid. vsque
	1. v.	126½.	29. 2½	idem	nubibus tegitur
	8.	137.	29. 2	ſilet	nubilum prorſus.
3.	9. m.	130.	29. 2½	NW. 2.	Sol interdum per nubes lucet, me-
	1. v.	133½.	29. 2	idem	ridie coelum nubilum, poſt merid.
	8.	130½.	29. 1½	NO. 1.	vndique ſerenum.
4.	8. m.	134.	29. 1	tranqu.	Coelum per integrum diem ſere-
	1. v.	125.	29. 1	NW. 1.	num.
	8.	133.	29. 1½	N. 2.	
5.	8. m.	133½.	29. 2½	NNO. 1.	Per integrum diem nubilum.
	1. v.	134.	29. 3½	idem	
	8. v.	134½.	29. 4	NO. 1.	
6.	8. m.	134.	29. 6½	NNW. 2.	Sol per ſparſas nubes lucet, poſt
	1. v.	128.	29. 7	idem	meridiem nubilum, ſub veſperam
	8.	129.	29. 7½	ſilet	ſerenum, horizonte nubilo.
7.	8. m.	129.	29. 8	SO. 1.	Sol per nubes radiat.
	1 v.	123.	29. 7½	SW. 2.	Poſt meridiem nubilum.
	8. v.	125½	29. 7	idem	
8.	8. m.	126½.	29. 7½	SW. 2.	Per integrum diem nubilum, ſub
	1. v.	124.	29. 7	NW. 1.	veſperam vndique ſerenum, per
	8.	126.	29. 7½	NO. 1.	noctem aer denſa nebula repletus.
	12. v.	131.	— — —		
9.	7. m.	127½	29. 8	SW. 1.	Ad horizontem nubeculis vagenti-
	1. v.	122.	29. 8	NO. 1.	bus coelum per integrum diem
	8.	128.	29. 8½	NNO. 2.	ſerenum.
10.	8. m.	137.	29. 9	NNW. 1	Denſiſſima nebila inquinatum, per
	1. v.	127½.	29. 8½	N. 1.	diem Sol interdum lucet.
	9.	135.	29. 8	N. 2.	
12.	4. m.	139½			Ante merid. nebuloſum
	8.	136.	29. 9½	NNW.	
	2. v.	127.	29. 9	NN. 1.	circa merid. Sol radiat
	10.	139½.	29. 8½	NO. 2.	interdum per nubes lucet.

Dies	Horae	Therm. De l'isl	Baromet.	Variat. ventor.	Coeli facies.
12.	8. m.	138½.	29. 9½	NO. 2.	Mane ad merid. nubilum post me-
	1. v.	134.	30. 0½	NO. 1.	rid. serenum vndique, vespere ne-
	8.	133½.	29 8	idem	bulosum
13.	8. m.	137½.	29. 9	NO. 1.	Mane nebulosum, post modum toto
	3. v.	127½.	29. 8½	NW. 1.	die serenum, aëre grate tranquillo.
	8. v.	123½	29. 8.	silet	
14.	9. m.	128.	29. 6½	NW. 1.	Coelum toto die interruptis nubi-
	1. v.	124.	29. 6	idem	bus tectum Sole inter eas conspicuo.
	8.	131.	29. 5½	NO. 1.	
	10.	137½.	——	idem	
15.	6. m.	137½.	29. 5½	NO. 2.	Toto die coelum nubilum
	1. v.	134.	29. 5	NO. 2.	
	8.	135½.	29. 4½	ONO. 1.	
	12.	140.	29. 4	SO. 1.	Serenum.
16.	8. m.	134.	29. 2½	WSW. 1.	Coelum nubilum, pluit aliquantum
	1. v.	134½.	29. 2	NO. 2.	denuo nubilum.
	8. v.	139.	29. 1½	N. 2.	
18.	7. m.	139½.	29. 2½	ONO. 1.	Pluit, post modum toto die coe-
	1. v.	133.	29. 3	OSO. 1.	lum nubilum.
	8.	133½.	29. 2½	SO. 1.	
19.	8. m.	134.	29. 1¾	SO. 1.	Mane pluit, aliquantum tonat et
	1. v.	127.	29. 2	S. 1.	fulgurat, meridie nubilum, h. 3.
	9.	128.	29. 2	SW. 1.	pluit et tonat, vespere coelum
					serenum.
20.	8. m.	127½.	29. 2	S. 2.	
	1. v.	121½.	29. 2	SW. 3.	
	9. v.	125.	29. 2	SSW. 1.	
21.	9. m.	125½.	29. 2½	SSW. 1	
	1. v.	119½.	26. 2½	idem	
	9.	124½.	29. 3	S. 1.	

Con-

CONCLVSIONES.

Martio.

Maxima igitur alt. barometri erat die 21. 29 dig. $6\frac{1}{2}$ lin. thermometro *De l'Isliano* monſtrante $163\frac{1}{2}°$.

Minima alt. barom. die 23. 28 dig. $9\frac{1}{2}$ lin. Therm. *De l'Isliano* monſtrante 156°

Minima Therm. altit. die 27. 175° barom. monſtr. 29. dig. $5\frac{1}{2}$ lin.
Maxima Therm. altit. die 19. 141° barom. monſtr. 29. dig. 2 lin.

Aprili.

Maxima altitudo barom. die 12. 29 dig. 9 lin Therm. *De l'Isliano* monſtrante 153°.

Minima altit. barom. die 3. 28 dig $7\frac{1}{2}$ lin. Therm. monſtr. 146.
Maxima Therm. altit. die. 29 134° barom. monſtr. 29 dig. 6 lin.
Minima Therm. altit. die 20 160° barom. monſtr. 29 dig. $3\frac{1}{2}$ lin.

Maio.

Maxima altit. Barom. die 23. 29 dig. $7\frac{1}{2}$ lin Therm. monſtr. 130°
Minima altit. Barom. die 11. 29 dig 1. lin Therm. monſtr. $141\frac{1}{2}°$
Naxima alt. Therm. die 23. 114° Barom. monſtr. 29 dig. $7\frac{1}{2}$ lin
Minima altit. Therm. die. 1et 8. 149° Barom. monſtr. 29 dig $6\frac{1}{2}$ lin.

Iunio.

Iunio.

Maxima alt. Barom. die 14. 29 dig. 7 lin. Therm. monſtr. 137°½
Minima alt. Barom. die 3. 29. dig. o lin. Therm. monſtr. 147.
Maxima alt. Therm. die 15. 128° Barom. monſtr. 29 dig. 6½ lin
Minima alt. Therm. die 2. 149°. Barom. monſtr. 29 dig. o½ lin.

Iulio.

Maxima alt. Barom. die 12. 30 dig o lin. Therm. monſtr. 134°
Minima alt. Barom. die 4 29 dig 1 lin. Therm. monſtr. 134.
Maxima alt. Therm. die 20. 119½° Barom. monſtr. 29 dig 1½ lin
Minima alt. Thermdie 15. 140° Barom. monſtr. 29 dig 4 lin.

OBSER-

OBSERVATIONES
CIRCA
TRANSITVM VENERIS PER DISCVM SOLIS,
DIE $\frac{24. \text{ Maii}}{4. \text{ Iunii}}$ ANNO 1769.
FACTAE IN OPPIDO GVRJEF.

a

GEORGIO MAVRITIO LOWITS.

Ex ingenti numero obſeruationum, quas Cel. Profeſſor LOWITS, magna cura et induſtria in Gurjef inſtituit, Illuſtriſſima Academia Scientiarum, eas tantum hac occaſione publico communicandas iudicauit, quae ad poſitionem Geographicam huius loci determinandam inſeruiunt, praecipue vero, quae ipſam obſeruationem principalem *Tranſitus Veneris per Solem* ſpectant reliquarum vero euulgationem in aliud tempus reſeruare conſtituit, quo Diarium omnium obſeruationum Aſtronomicarum in Gurjef habitarum publici iuris fiet. In recenſione autem obſeruationum hoc loco exponendarum, eum nobis praeſcripſimus ordinem, vt

praemiſſa breui enumeratione inſtrumentorum, quibus Cel. Prof. LOWITS vſus eſt, praecipuas obſervationes ad Latitudinem et Longitudinem huius loci definiendas, inſtitutas adferamus, tum vero demum eas, quae circa Veneris tranſitum per Solem et Eclipſin Solarem factae ſunt, accurate exponamus.

Enumeratio Inſtrumentorum, quibus Cel. Prof. LOWITS vſus eſt ad obſeruationes inſtituendas.

1. Nouus Quadrans orichalceus radii $2\frac{1}{2}$ Ped. tribus tubis Achromaticis inſtructus, Londini artifice I. SISSON fabricatus.

2. Pendulum nouum praeſtantiſſimum, ad methodum Grahami confectum, ab artifice IOHN SCHELTON elaboratum.

3. Pendulum nouum virga fracta inſtructum, Pariſiis ab artifice LE PAVTE fabricatum.

4. Teleſcopium Catoptricum 2 Ped. Micrometro obiectiuo inſtructum a I. CVFF Londini elaboratum.

5. Tu-

5. Tubus Achromaticus 12 Ped. a DOLLONDO Londini elaboratus et tribus diuerſis ocularibus inſtructus.

6. Tubus Achromaticus 8 Ped. artifice eodem DOLLONDO fabricatus, duobus ocularibus inſtructus.

7. Tubus Achromaticus 3 Ped. eiusdem artificis.

8. Micrometrum Grahamianum ad N. 6. pertinens a RAMSPLEN Londini confectum.

9. Acus magneticus declinatorius Petropoli elaboratus.

10. Bina Thermometra de l'Isleo-Reaumuriana, Pariſiis a PASSEMENT elaborata.

Horum inſtrumentorum pleraque egregiae fuere bonitatis, ipſum autem inſtrumentum principale, quadrans nimirum variis et inſignibus laborauit defectibus, quorum praecipuos heic recenſuiſſe haud abs re erit. Organon libellatorium, quo hoc inſtrumentum inſtructum eſt, vix vllam cum plano quadrantis habet connexionem, adeoque variationem ſitus quadrantis, reſpectu fili penduli indicare non valet, ipſum vero hoc pendulum nulla ratione te-

ctum, sed vi ventorum penitus expositum erat. Ob priorem autem defectum, nullae altitudines hoc instrumento capi potuerunt, nisi ope huius penduli, ideoque omnis verificatio quadrantis ad Zenith impossibilis facta est, ob prominentiam Nonii, quae situm penduli iam dum altitudines 70°. capiuntur, multum turbat. Diuisiones Nonii admodum rude et crasse factae erant, adeo vt incertitudo plerumque adesset 6 vel 8 secund., ipsaeque eius particulae admodum inter se fuere inaequales, quamobrem noua huius Nonii diuisio instituenda fuit. Deinde hic Nonius ad initium diuisionis in quadrante, 40″ magis a centro distat, quam ad diuisionem 90° ex quo liquet centrum quadrantis, cum centro cylindri tubi non conuenire. Vnaquaeque reuolutio cochleae Micrometri, quae 2′.50″ Nonii respondere debuit, non continebat nisi 2′.48″, vnde in 84 potius quam 85 partes eam diuidi oportuit. Ad diuisionem arcus 60° per negligentiam artificis 10′ plane omissa sunt, adeo vt vbi 59°,50′ signare debuisset, ibi signatum sit 60°. Hinc quoque fit, vt puncta pro dirigendo situ penduli, false sint expressa, ibi nimirum vbi vera diuisio quadrantis 89°.50′ esse debuerat, quamobrem haec puncta decem minutis promouere necessum erat. Ipsa denique fila in foco tubi dispositа insignibus affecta erant vitiis, quum non solum sensibiliter ad horizontem inclinarentur, sed etiam satis notabili parallaxi afficerentur. Nimis omni-

omnino longum foret, ſi heic ſeorſim exponere vellemus, qua ratione Cel. Profeſſor. praecipuis horum defectuum medelam attulit, omnesque iſtas laborioſiſſimas et difficillimas operationes, quibus quadrantis errores indagauerit; monuiſſe tamen non pigebit, hunc quadrantem ad eum demum ſtatum perductum, vt omnis eius error non ſuperaret $0,8''$. Altitudines igitur meridianae tam Solis quam ſtellarum fixarum poſtmodum adferendae, ita comparatae ſunt vt nulla plane ob errorem inſtrumenti egeant correctione. Quod autem altitudines Solis correſpondentes attinet, de iis obſeruandum earum, quae a 21 Maii ad 9 Iunii captae ſunt, et quas hoc loco tantum recenſuimus, correctionem ita inſtituendam eſſe, vt ab vnaquaque altitudine, ſubtrahantur $11' 10''\frac{1}{2}$; caeterum ad verum momentum méridei inueniendum, falſis iſtis altitudinibus, perinde ac veris, vti licere quiuis facile intelligit.

Obſeruatorii loco Cel. Prof. inſeruiit vnum ex quatuor propugnaculis (Baſtions), quibus oppidum Gurief munitum eſt, illud ſcilicet, quod verſus Aquilonem ſitum eſt, vnde per totam fere Horizontem libero frui licet proſpectu, quod circa obſeruationem Veneris apprime neceſſarium erat. Hoc igitur propugnaculum huic fini adaptari curauit, et inſtrumen-

ſtrumenta ibi ita collocauit, vt firmo inſiſterent fundamento.

Eleuatio Poli oppidi Gurief ex altitudinibus meridianis Solis et ſtellarum fixarum concluſa.

De his altitudinibus iam monuimus eas nulla egere correctione, quoniam Cel. Prof. LOWITS, iam ipſemet neceſſarias quasuis correctiones iisdem adplicuerit. Inter altitudines autem meridianas Solis eae, quae circa initium menſis Iulii, circa altitudinem limbi Solis ſuperioris factae ſunt, eleuationem Poli nonnihil diuerſam dant, ab ea quae ex altitudinibus limbi Solis inferioris, poſtmodum menſibus Auguſti et Septembris captis ſequeretur. Quum vero menſe Iulii error quadrantis adeo exacte non erat cognitus, ac poſt 16 Aug. quo hic error ad $0,8''$ redactus fuerat, poſterioribus obſeruationibus maiorem valorem tribuendum eſſe cenſemus. Caeterum tamen ſi ex omnibus medium ſumatur, concluſio inde deducenda, non multum a veritate abludere deprehendetur. In computanda declinatione Solis, Longitudinem oppidi Gurief a Pariſiis ſuppoſuimus $3^h.18'.40''$, tantam ſcilicet, quantam ex obſeruationibus eclipſium

pſium Solis et Satellitum Iouis deduci, infra demonſtrabimus. Declinationes apparentes ſtellarum fixarum ad praeſcriptum tabularum Cel. Aſtronomi la *Caille* computatae ſunt, refractiones autem ſecundum tabulam refractionum *Bradleyanam*.

Dies

Dies	Altit limbi Solis Superioris ☉	Refractio minus Parallaxi	Semidiam. ☉	Altitudo centri Solis
Iulii $\frac{2}{13}$.	64°. 58′. 22″	23″, 1	15′. 45″, 8	64°. 42′. 13″
$\frac{5}{16}$.	64. 30. 18	23, 8	15. 46, 0	64. 14. 8
$\frac{9}{20}$.	63. 47. 45	24, 8	15. 46, 2	63. 31. 34
	Altit. limbi Solis inferioris ☉			
Aug.				
$\frac{19}{29}$.	51. 53. 31	39, 5	15. 52, 7	52. 8. 44
$\frac{20}{31}$.	51. 9. 56	40, 6	15. 53, 5	51. 25. 9
$\frac{21}{1}$. Sept.	50. 48. 2	41, 3	15. 53, 6	51. 3. 14
$\frac{22}{3}$.	50. 26. 5	41, 9	15. 53, 8	50. 41. 17
$\frac{23}{5}$.	50. 3. 54	42, 5	15. 54, 1	50. 19. 6
$\frac{25}{5}$.	49. 19. 15	43, 4	15. 54, 6	49. 34. 27
$\frac{27}{7}$.	48. 34. 54	45, 0	15. 55, 0	48. 50. 4

Declin. centri Solis	Altit. aequat.	Eleuatio Poli	Qualitas obſeruationis
21°. 48′. 50″	42°. 53′. 23″	47°. 6′. 37″	
21. 20. 41	42. 53. 27	47. 6. 33	
20. 38. 4	42. 53. 30	47, 6. 30	Per nubes
9. 15. 11	42. 53. 33	47. 6. 27	Per nubes et limbus vix viſibilis.
8. 32. 3	42. 53. 6	47. 6. 54	Per atras nubes margo Sol. vix viſibilis
8. 10. 15	42. 52. 59	47. 7. 1	Bona
7. 48. 20	42. 52. 57	47. 7. 3	Bona
7. 26. 17	42. 52. 49	47. 7. 11	
6. 41. 50	42. 52. 37	47. 7. 23	
5. 56. 57	42. 53. 7	47. 6. 53	Bona
	Medium	47. 6. 51	

Quod ad obſeruationes altitudinum ſtellarum fixarum attinet, eas cum concluſionibus inde deducendis in Tabula heic adnexa, ſimul obtutui repraeſentamus.

Patet ex his, ſi medium ſumatur ex iis determinationibus, quae altitudinibus Solis meridianis nituntur, prodire eleuationem Poli pro Gurief $47°.6'51''$, ſin vero adhibeatur medium ex determinationibus per altitudines fixarum erutis, eandem inveniri $47°.7'.7''$, atque ſi ex omnibus ſimul ſumtis medium capiatur prodire eleuationem Poli pro Gurief $47°.7'.2''$. Licet autem hac determinatione contenti eſſe poſſemus, quippe quae ex triginta quinque diuerſis obſeruationibus concluſa eſt, adeoque non facile vltra $10''$ fallere poteſt, vt tamen adhuc maiorem obtineamus certitudinem, ex altitudinibus Solis meridianis excludamus quatuor priores, vnde ſumendo medium ex reliquis ſex determinationibus prodit Latitudo Guriefi $47°.7'.4''$. Similiter ſi ex obſeruatis altitudinibus fixarum excludantur 5, 8, 17, 21 et 23, determinationum ex reliquis deductarum medium praebet hanc eleuationem Poli $47°.7'.7''$, quare ſi demum ex vniuerſis vigenti ſex his ſelectioribus obſeruationibus medium colligatur prodit eleuatio Poli oppidi Gurief $47°.7'.6''\frac{1}{2}$, de qua certe perſuaſi eſſe poſſumus eam, quam minimum a veritate aberraturam eſſe.

De

Ludo ob	correcta	Altit. Aequatoris.	Eleuatio Poli	Circumſtantiae
21.	36,4	42°. 52′. 54″	47°. 7′. 6″	
	46,2	42. 52. 52	47. 7. 8	
22.	35,4	42. 52. 53	47. 7. 7	
	46,2	42. 52. 52	47. 7. 8	
	49,1	42. 52. 33	47. 7. 27	ad ſiniſtram adeoque incerta
	22,8	42. 52. 43	47. 7. 17	
	48,5	42. 52. 44	47. 7. 16	
	36,4	42. 52. 40	47. 7. 20	ad ſiniſtram fili
	39,4	42. 52. 47	47. 7. 13	
	41,5	42. 53. 1	47. 6. 59	bona
	54,1	42. 52. 54	47. 7. 6	ad ſiniſtram bona tamen
	42,9	42. 52. 57	47. 7. 3	bona
	49,5	42. 52. 46	47. 7. 14	bona
	9,3	42. 53. 5	47. 6. 55	
	2,4	42. 52. 43	47. 7. 17	bona
24.	42,2	42. 52. 51	47. 7. 9	
	18,2	42. 52. 41	47. 7. 19	ob nubes aliquantum ad ſiniſtram.
	0,1	42. 53. 6	47. 6. 54	ad ſiniſtram
	52,8	42. 52. 52	47. 7. 8	ob nubes ad ſiniſtram
	43,1	42. 53. 2	47. 6. 58	
	30,2	42. 53. 15	47. 6. 45	ob nubes ad ſiniſtram
	26,1	42. 52. 48	47. 7. 12	
25.	48,1	42. 53. 19	47. 6. 41	ad ſiniſtram
	36,1	42. 52. 58	47. 7. 2	
	18,4	42. 52. 58	47. 7. 2	
		Medium	47°. 7′. 7″	

Dies obſeruat.	Nomen ſtellae.	Declin. ſtellae ad initium A 1769.	Praeces.	Deuiatio.	Aberratio	Declinatio ſtellae apparens	Altit. merid. ſtellae obſeru	Refractio	Altitudo Stellae correcta	Altit. Aequatoris.	Eleuatio Poli	Circumſtantiae
21. Auguſti 5. Sept.	α Aquilae	8°. 16′. 23″	+ 5,7	+4,4	+ 9 3	8°. 16′. 42″,4	51′. 10′. 22″	45″,6	51°. 9′. 36,4	42°. 52′. 54″	47°. 7′. 6″	
	θ Antinoi	1. 29. 24	− 6,6	−4,7	− 7,1	1. 29. 5, 6	41. 24. 51	1′. 4, 8	41. 23 46,2	42. 52. 52	47. 7. 8	
22. Auguſti 5. Sept.	α Aquilae					8. 16. 42, 4	51. 10. 21	45, 6	51. 9. 35,4	42. 52. 53	47. 7. 7	
	θ Antinoi					1. 29. 5, 6	41. 24. 51	1. 4, 8	41. 23. 46,2	42. 52. 52	47. 7. 8	
	β Aquilae	5. 50. 57, 1	+ 5,8	+4,4	+ 8,6	5. 51. 15, 9	48. 44 39	49, 9	48. 43. 49,1	42. 52. 33	47. 7. 27	ad ſiniſtram adeoque incerta
	β Capricorni	15. 29. 36, 7	− 7, 1	−4,9	− 4,5	15. 29. 20, 2	27. 25. 12	1. 49, 2	27. 23. 22,8	42. 52. 43	47. 7. 17	
	α Delphini	15. 6. 41, 4	+ 8, 1	+5,3	+ 9,7	15. 7. 4, 5	58. 0. 24	35, 5	57. 59. 48,5	42. 52. 44	47. 7. 16	
	δ Delphini	14. 15. 33, 2	+ 8, 3	+5,3	+ 8,9	14. 15. 55, 7	57. 9. 13	36, 6	57. 8. 36,4	42. 52. 40	47 7. 20	ad ſiniſtram fili
	β Aquarii	6. 34. 31, 3	−10,2	−6,2	− 6,8	6. 34. 8, 1	36. 19. 57	1. 17, 6	36. 18. 39,4	42. 52. 47	47. 7. 13	
	γ Capricorni	17. 41. 42, 0	−10,5	−6,3	− 5,8	17. 41. 19, 4	25. 13. 42	2. 0, 5	25. 11. 41,5	42. 53. 1	47. 6. 59	bona
	ε Pegaſi	8. 49. 35, 0	+10,6	+6,4	+ 8,1	8. 50. 0, 1	51. 43. 39	44, 9	51. 42. 54,1	42. 52. 54	47. 7. 6	ad ſiniſtram bona tamen
	γ Aquarii	2. 32. 40, 0	−11,6	−6,7	− 7,4	2. 32. 14, 3	40. 21. 50	1. 7, 1	40. 20. 42,9	42. 52. 57	47. 7. 3	bona
	Fomahant	30. 50. 23, 0	−12,6	−6,9	− 7,1	30. 49. 56, 4	12. 7. 11	4. 21, 5	12. 2. 49,5	42. 52. 46	47. 7. 14	bona
	Φ Aquarii	7. 17. 23, 0	−12,9	−6,9	− 7,5	7. 16. 55, 7	35. 37. 29	1. 19, 7	35. 36. 9,3	42. 53. 5	47. 6. 55	
	α Androm.	27. 48. 55, 4	+13,3	+6,7	+ 3,4	27 49. 18, 8	70. 42. 22	19, 6	70. 42. 2,4	42. 52. 43	47. 7. 17	bona
24. Auguſti 4. Sept.	η Ceti	11 24. 38, 1	−13,4	−6,1	− 9,4	11. 24. 9, 2	31. 30. 15	1. 32, 8	31. 28. 42,2	42. 52. 51	47. 7. 9	
	β Arietis	19. 40. 17, 0	+12,4	+5,3	+ 3,0	19. 40. 37, 7	62. 33. 48	29, 8	62. 33. 18,2	42. 52. 41	47. 7. 19	ob nubes aliquantum ad ſiniſtram.
	α Piſcium in lino	1. 38. 29, 1	+12,3	+5,3	+ 7,4	1. 38. 54, 1	44. 32. 58	57, 9	44. 32. 0,1	42. 53. 6	47. 6. 54	ad ſiniſtram
	α Arietis	22. 21. 42, 0	+12,1	+5,1	+ 2,0	22. 22. 1, 2	65. 15. 19	26, 2	65. 14. 52,8	42. 52. 52	47. 7. 8	ob nubes ad ſiniſtram
	δ Ceti	0. 40. 41, 4	−10,6	−4,2	− 7,9	0. 40. 18, 7	42. 13. 46	1. 2, 9	42. 12. 43,1	42 53. 2	47. 6. 58	
	ε Eridani	10. 15. 6, 5	− 8,0	−2,8	−10,5	10. 14. 45, 2	32. 39. 59	1. 28, 8	32. 38. 30,2	42. 53. 15	47. 6. 45	ob nubes ad ſiniſtram
	η Pleiadum	23. 22. 27, 0	+ 8,3	+2,7	+ 0,3	23. 22. 38, 3	66. 15. 51	24, 9	66. 15. 26,1	42. 52. 48	47. 7. 12	
25. Auguſti 5. Sept.	α Ceti	3. 10. 8, 0	+10,2	+4,0	+ 6,8	3. 10. 29, 0	46. 4. 53	54, 9	46. 3. 48,1	42. 53. 19	47. 6. 41	ad ſiniſtram
	η Plejadum					23. 22. 38, 3	66. 16. 1	24, 9	66. 15. 36,1	42. 52. 58	47. 7. 2	
	γ Tauri	15. 3. 9, 5	+ 6,6	+1,8	+ 2,6	15. 3. 20, 5	57. 56. 54	35, 6	57. 56. 18,4	42. 52. 58	47. 7. 2	
										Medium	47°. 7′. 7″	

Tabula inſeratur Pag. 162

De Obſeruationibus ad Longitudinem huius loci determinandam inſeruientibus.

Praeter obſeruationem eclipſis Solis die 24 Maii, cuius vltimo loco mentionem faciamus, Cel. Prof. LOWITS pro determinanda huius loci Longitudine Geographica varias quoque inſtituit obſeruationes cum circa eclipſes ſatellitum Iouis, tum vero occultationes fixarum a Luna, quarum obſeruationum heic recenſionem faciamus, vbi tempora meridierum ex altitudinibus correſpondentibus deducta ſemper adiiciemus, quo vnusquisque Lector iudicare queat, an tempora obſeruationum vera a nobis aſſignata, recte ſe habeant vel minus?

	Temp. Pend. Scheltoniani	Temp. vero
Die $\frac{26.}{6.}\frac{Maii}{Iunii}$ Meridies ex captis altitudinibus Solis correſpondentibus concluditur	$0^b.\ 2.'45'',6$	
Correctio meridiei	$-\ 3,1$	
Meridies verus	$0.\ 2.\ 42,5$	
Die $\frac{27.}{7.}\frac{Maii}{Iunii}$ Meridies ex alt. correſpond.	$0.\ 3.\ 15,0$	
Corectio merid.	$-\ 3,1$	
Meridies verus	$0.\ 3.\ 11,9$	
Die $\frac{28.}{8.}\frac{Maii}{Iunii}$ Meridies ex alt. correſpond.	$0.\ 3.\ 42,2$	
Correctio Merid.	$-\ 3,1$	
Meridies verus	$0.\ 3.\ 39,1$	

Si a differentia inter meridies 26 et 27, quae eſt $29''.4$, ſubtrahatur differentia inter tempora media pro his meridiebus $10'',9$, prodit vera acceleratio penduli inter hos meridies

	Temp. Pend. Scheltoniani	Temp. vero
ſupra tempus medium 18″,5. Sin vero a differentia inter meridies 27 et 28, quae eſt 27, 2, ſubtrahantur 11″,3 pro differentia temporum mediorum his meridieb. reſpondentium remanebit 16″,9 pro acceleratione penduli inter 27 et 28 Maii, medium igitur ſumendo acceleratio penduli interuallo 24 hor. temporis veri ſtatui poterit 17″.7.		
Die $\frac{8}{19}$. Iunii Meridies ex alt. ☉ correſp.	0^{h}. 8′.42″,8	
Correctio merid.	−0, 5	
Merid. verus	0. 8. 42. 3	
Die $\frac{9}{20}$. Iunii Meridies ex altit. Correſp.	0. 9. 13, 0	
Corr. Merid,	−0, 4	
Merid. verus	0. 9. 12, 6	
Differentia inter hos meridies 30″, 3 praebet accelerationem penduli 17″, 5, ex quo igitur patet motum penduli a 26 Maii vsque ad 9 Iunii omnino fuiſſe vniformem. Adhibita igitur hac acceleratione diurna 17″, 5 inuenimus fuiſſe :		
Die $\frac{6}{17}$. Iunii Meridiem verum	0. 7. 41, 7	
et $\frac{7}{18}$. Iunii	0. 8. 12, 0	
Die $\frac{6}{17}$. Iunii *Emerſio Primi Satellitis*		
Incipit ſatelles ex vmbra emergere	9. 39. 23	9^{h}. 31′. 29″
Clarius conſpicitur	9. 39. 26	9. 31. 32
Nullum amplius luminis incrementum obſeruatur	9. 40. 45	9. 32. 51

Faſciae

	Temp. Pend Scheltoniani	Temp. vero
Fasciae Iouis bene conspicuae, infra eum vero apparuit Stellula fixa tantum versus septentrionem distans, quantum satelles orientalis ad dextram distabat.		
Die $\frac{7}{18}$. Iunii *Immersio Tertii Satellitis*		
Incipit lumen satellitis diminui	$11^{h}.47^{l}.50^{ll}$	$11^{h}.39^{l}.23^{ll}$
Sensibiliter decreuit	11. 49. 37	11. 41. 10
Satelles adhuc sed difficulter videtur	11. 53. 10	11. 44. 43
Adhuc visibilis	11. 55. 15	11. 46. 48
Immersio certe contigit	11. 56. 11	11. 47. 44
Fasciae aeque bene ac heri conspicuae. Emersio huius Satellitis, hora circiter 1. 31^{l} contingere debuit verum hora iam prima, reliqui satellites ob vapores horizontis, cui Iupiter iam nimis propinquus erat, visui subducebantur.		
Ex antecedentibus meridiebus dierum 8 et 9 Iunii etiam colligitur:		
pro $\frac{13}{24}$. Iunii Merid. ver. incidisse in	0. 11. 13,7	
et pro $\frac{14}{25}$. Iunii in	0. 11. 43,8	
Die $\frac{13}{24}$. Iunii *Emersio Primi Satellitis*		
Satelles ex vmbra emergere incipit	11. 36. 31	11. 25. 2
Melius conspicitur	11. 36. 34	11. 25. 5
Lumen adhuc increscit	11. 40. 35	11. 29. 6
Nullum amplius luminis incrementum obseruatur	11. 42. 40	11. 31. 11

	Temp. Pend Scheltonian	Temp. vero
Die $\frac{14}{25}$ Iunii *Emerſio ſecundi Satellitis* Satelles ex vmbra Iouis emergere videtur	$11^{b}.47^{l}.22^{ll}$	$11^{b}.35^{l}.23^{ll}$
Inclareſcit	11. 47. 26	11. 35. 27
Clare conſpicitur	11. 49. 15	11. 37. 16
Nullum luminis incrementum	11. 50. 30	11. 38. 31
Eodem tempore Satelles quartus a Ioue occultabatur. Faſciae Iouis propter rorem defluentem non ſatis bene viſibiles.		
Die $\frac{2}{13}$ Iulii Merid. ex alt. ⊙ Correſpond.	0. 19. 20,5	
Corr. Merid.	+4,4	
Merid. verus	0. 19. 24,9	
Die $\frac{3}{14}$ Iulii Merid. ex alt. Correſpond.	0. 19. 47,3	
Corr. Merid.	+4,7	
Merid. verus	0. 19. 52,0	
Si ex differentia meridierum $27^{ll},1$ ſubtrahatur $6^{ll},7$ quae eſt differentia inter tempora media his meridiebus reſpondentia, fiet acceleratio penduli diurna 20^{ll} quam tamen, vt ad praecedentes propius accedat 19^{ll} ſtatuamus. Hinc deducitur	0. 18. 5	
pro $\frac{25.\ Iunii}{10.\ Iulii}$ Meridies verus		
Die $\frac{25.\ Iunii}{10.\ Iulii}$ *Emerſio Primi Satellitis Iouis* Satelles ex vmbra emergere videtur, Ioue licet tenuibus nubeculis obtecto	9. 59. 27	9. 41. 11
Inclareſcit	9 59. 30	9. 41. 14
Pleno fulgore ſplendet	9. 59. 45	9. 41. 29

Die

	Temp. Pend. Scheltoniani	Temp. vero
Die $\frac{2.}{13.}$ Iulii *Occultatio fixae* in conſtellatione Scorpii a Luna Occultatio huius fixae contigit ad limbum Lunae obſcurum in regione Bulialdi, eſt vero eadem obſervata	$9^b.52'.28''$	9. 32. 52
Haec obſeruatio ad ſemiſſem ſecundi certa eſt, quum occultatio haec momentanea fuerit.		
Die $\frac{3.}{14.}$ Iulii Transſitus Lunae per Meridianum ſub alt. $19°.30'.32''$.	8. 56. 44	8. 36. 42
Die $\frac{25. \text{ Iulii}}{5. \text{ Aug.}}$ Merid. ex alt. correſpond.	0. 27. 22,6	
Corr. Merid.	+6,5	
Merid. verus	0. 27. 29,1	
Die $\frac{26. \text{ Iulii}}{6. \text{ Aug.}}$ Merid. ex altit. correſpond.	0. 27. 39,5	
Corr. Merid.	+6,9	
Merid. verus	0. 27. 46,4	
Ex comparatione huius meridiei cum praecedenti, ſequitur accelerationem Penduli diurnam ſuper tempus medium eſſe $21'', 6$, quam vero heic ſupponamus $21''$ vnde deducimus ſequens momentum		
Pro diei $\frac{22. \text{ Iulii}}{2. \text{ Aug.}}$ meridie vero	0. 26. 41,3	
ſimiliter pro $\frac{2.}{13.}$ Aug. meridie	0. 29. 12,2	
Die $\frac{22. \text{ Iulii.}}{3. \text{ Aug.}}$ *Emerſio Primi Satellitis Iouis* exacte obſeruata eſt	10. 21. 57	9. 55. 9
Die $\frac{2.}{13.}$ Aug. *Occultatio ſtellae fixae* ſextae magnitudinis in conſtellatione		

Sagit-

	Temp. Pend. Scheltonian.	Temp. vero
Sagittarii, a Luna contigit ad limbum Lunae obſcurum ibi, quo ſi ex Ariſtarcho et Platone ducantur lineae rectae angulum inter ſe conſtituant rectum.	$8^h.20'.34'',5$	$7^h.51'.19''$
Emerſio huius fixae quum ad limbum Lunae lucidum fieret obſeruari non potuit.		
Die $\frac{23.}{3.}$ $\frac{Aug.}{Sept.}$ Merid. ex alt. correſpond.	o. 31. 2, 4	
Corr. Merid.	+15, 6	
Merid. verus	o. 31. 18, o	
Die $\frac{26.}{6.}$ $\frac{Aug.}{Sept.}$ Merid. ex alt. correſpond.	o. 30 55, 7	
Corr. Merid.	+15, 8	
Merid. verus	o. 31. 11, 5	
Ex his meridiebus colligitur acceleratio Penduli diurna ſupra tempus medium $17'',4$, hincque erit		
Die $\frac{25.}{3.}$ $\frac{Aug.}{Sept.}$ Meridies verus	o. 31. 13, 9	
Die $\frac{25.}{3.}$ $\frac{Aug.}{Sept.}$ *Immerſio Tertii Satellitis Iouis*	8. 9. 5	7. 37. 51
Faſciae Iouis ſatis bene viſibiles		

Quod vero iam concernit iſtas concluſiones, quae ex his obſeruatis Eclipſibus ſatellitum Iouis, pro determinanda longitudine vrbis Gurief deduci poſſent, fatendum eſt nobis adhuc non ſuppetere ſatis exactas obſeruationes correſpondentes, quibuscum obſeruatae Emerſiones I^{mi} et II^{di} conferri poſſent, calculo igitur harum eclipſium ad praeſcriptum Tabularum Cel. WARGENTIN inſtituto, ſequentes

quentes inuenimus determinationes pro differentia Meridianorum inter Lutetiam Parisiorum et Gurief.

Die $\frac{6}{17}$. Iunii Emersio I. Parisiis $6^h.12'.49''$ ex tabulis
Obseruata Gurjefi $9.31.29$
Differentia Merid. $3^h.18'.40''$.

Die $\frac{13}{24}$. Iunii Emersio I. Parisiis $8^h.6'.28''$ ex tabulis
in Gurjef obseruata $11.25.2$
Differentia Merid. $3^h.18'.34''$

Die $\frac{20}{10}$. Iunii Iulii Emersio I. Parisiis $6^h.22'.31''$ ex tabulis
Obseruata in Gurjef $9.41.11$
Different. Merid. $3.18.40$

Die $\frac{22}{3}$. Iulii Aug. Emersio I. Parisiis $6.36.1$
in Gurjef obseruata $9.55.9$
Differ. Meridian. $3^h.19'.8''$

ex quibus si medium sumatur prodit differentia Meridianorum inter Parisios et Gurjef $3^h.18'.45''$, quae vix discrepat ab ea, quae ex obseruatione eclipsis Solis deducitur. Quod ad emersionem IIdi d. $\frac{14}{25}$. Iunii attinet, calculo instituto reperitur eandem Parisiis contingere debuisse $8^h.21'.13$, vnde quum eadem in Gurjef obseruata fuerit $11^h.35'.23''$ prodiret differentia meridianorum inter haec loca

$3^b. 14'. 10''$, quae quum adeo enormiter a prius inuenta differet, inde facile colligitur in Tabulas aliquem errorem forsan Typographicum irrepsisse. Emersiones quidem I^{mi} die 13. Iunii et II^{di} die 14 Petropoli quoque obseruatae sunt, ob nimiam vero intensitatem luminis crepuscularis videtur factum esse, vt obseruationes Petropolitanae Emersiones Satellitum iusto tardiores exhibeant. Emersio autem I^{mi} die 13 Iunii obseruata est Petropoli $9^b. 59'. 2''$, vnde hanc obseruationem cum illa in Gurjef instituta comparando, deduci deberet differentia meridianorum inter Petropolin et Gurjef $1^b. 26'. 0''$ adeoque inter Parisios et Gurjef $3^b. 18'. 0''$. Emersio II^{di} die 14. Iunii Petropoli contigit $10^b. 10'. 3''$, vnde esset differentia meridianorum inter Petropolin et Gurjef $1^b. 25'. 20''$ atque inter Parisios et Gurjef $3^b. 17'. 20''$. Immersioni III^{tii} Satellitis Iouis die $\frac{7}{18}$. Iunii factae, aliam habemus correspondentem eodem die Parisiis institutam, ibi vero haec immersio obseruata est $8^b. 31'. 46''$, ex duabus igitur his immersionibus inter se comparatis prodit differentia meridianorum $3^b. 16'. 58''$. Sin vero iam statuatur obseruationem Parisinam $2'. 14''$ a Tabulis aberrare, quemadmodum Cel. WARGENTIN per litteras significauit, prodiret differentia meridianorum vera $3^b. 19'. 12''$ quam tamen aliquanto minorem esse suspicari licet, siquidem immersionem tertii satellitis, in Gurjef aliquanto citius contigisse probabile sit. Quousque igitur certiores fieri liceat, an allatis his obser-

obſeruationibus aliae correſpondentes inſtitutae ſint, ſupponamus differentiam meridianorum inter Pariſios et Gurjef $3^{h}.\ 18'.\ 40''$ quemadmodum ea ex obſervatione Eclipſis Solis deducitur.

Obſeruatio Tranſitus Veneris per Solem.

Vt de ſtatu horologii eo melius quiuis iudicare poſſit, altitudines Solis correſpondentes a $\frac{21.\ Maii}{\gamma.\ Iunii}$ ad $\frac{26.\ Maii}{\sigma.\ Iunii}$, primum exponere neceſſe eſt, quibus allatis recenſionem ipſius obſeruationis ſubiungamus.

Die $\frac{21}{1}$ Maii Iunii.

Altitudo limbi Solis fuper.	Temp. Pend. ante merid.	Temp. Pend. poſt. merid.	Meridies	
38°. 50	8^{b}. 13′. 29″	3^{b}. 47′. 50″, 3	0^{b}. 0′. 39″, 6	Altitudo Thermometri
39. 0	8. 14. 28. 5	3. 46. 50, 6	0. 0. 39, 6	ant. merid 9^{b}. 6′ 112°.5
30	8. 17. 26, 9	3. 43. 51, 4	0. 0. 39, 1	merid. 12 109. 7
41. 50	8. 31. 26, 2	3. 29. 54, 0	0. 0. 40, 1	poſt. merid. 3. 52 107. 5
42. 0	8. 32. 26, 0	3. 28. 54, 0	0. 0. 40, 0	
10	8. 33. 26, 5	3. 27. 53, 5	0. 0. 40, 0	
20	8. 34. 26, 6	3. 26. 53, 7	0. 0. 40, 1	
44. 40	8. 48 36, 4	3. 12. 42, 6	0. 0. 39, 5	
50	8. 49. 38, 5	3. 11. 39, 8	0. 0. 39, 1	
45. 0	8. 50. 39, 0	3. 10. 40, 0	0. 0. 39; 5	
		Medium	0. 0. 39, 7	
		Corr. Merid.	— 4, 6	
		Merid. verus	0. 0. 35, 1	

Die $\frac{22}{2}$ Maii Iunii.

Altitudo limbi Solis ſuper ⊙	Temp. Pend. ante merid.	Temp. Pend. poſt. merid.	Meridies	
48°. 20	9^{b}. 11′. 9″, 5	2^{b}. 50′. 55″	0^{b}. 1′. 2, 2″	Altitudo Thermometri
50	9. 14. 19, 5	2. 47. 44, 5	0. 1. 2, 0	hor. 9 45′ ante merid. 111°,5
49. 0	9. 15. 22, 9	2. 46. 41, 6	0. 1. 2, 2	12 Merid. 109,3
50. 40	9. 26. 4, 8	2. 35. 59, 0	0. 1. 1, 9	2^{b}. 52′. p. Mer. 105,5
50	9. 27. 10, 0	2. 34 54, 0	0. 1. 2, 0	
51. 0	9. 28. 15, 8	2. 33. 49, 0	0. 1. 2, 4	
10	9. 29. 20, 8	2. 32. 44, 0	0. 1. 2, 4	
52. 40	9. 39. 17, 0	2. 22. 47, 6	0. 1. 2, 3	
50	9. 40. 14, 0	2. 21. 30, 0	0 1. 2, 0	
53. 0	9. 41. 31, 0	2. 20. 33, 0	0. 1. 2, 0	
		Medium	0. 1. 2, 1	
		Corr. Merid	— 4, 1	
		Merid verus	0. 0. 58. 0	

Die

Die 24. Maii / 4. Iunii.

Altitudo limbi Solis super ☉	Temp. Pend. ante merid.	Temp. Pend. post merid.	Meridies	
41°. 30′	8ᵇ. 29′. 0″, 2	3ᵇ. 34′. 41″, 5	0ᵇ. 1′ 50″,8	Altitudo Thermometri
40	8. 30. 0, 0	3. 33. 41, 0	0. 1. 50, 5	9ᵇ. 3′. a. Merid. 122°, 8
42. 0	8. 32. 0, 5	3. 31. 41, 0	0. 1. 50, 7	3. 35 p. Merid. 116, 0
43. 30	8. 41. 4, 0	3. 22. 37, 0	0. 1. 50, 5	
40	8. 42. 4, 6	3. 21. 37, 0	0. 1. 50, 8	
50	8. 43. 5, 0	3. 20. 36, 0	0. 1. 50, 5	
44. 0	8. 44. 5, 5	3. 19 36, 0	0. 1. 50, 7	
45. 40	8. 54. 15, 0	3 9. 27, 0	0. 1. 51, 0	
50	8. 55. 17	3. 8. 24	0. 1. 50, 5	
46. 0	8. 56. 19, 5	3. 7. 22, 0	0. 1. 50, 7	
		Medium	0. 1. 50, 7	
		Cor. Merid.	— 4, 0	
		Merid. verus	0. 1. 46, 7	

Die 26. Maii / 6. Iunii.

Altitudo limbi Solis super ☉	Temp. Pend. ante merid.	Temp. Pend. post. Merid.	Meridies	
47°. 30′	9ᵇ. 5′. 22″, 5	3ᵇ. 0′. 7″, 5	0ᵇ. 2′. 45″,0	Altitudo Thermometri
40	9. 6. 25, 0	2. 59. 5, 0	0. 2. 45, 0	3ᵇ. post Merid 124°, 7
50	9. 7. 28, 0	2. 58. 2, 0	0. 2. 45, 0	
49. 50	9. 20. 3, 5	2. 45. 27, 3	0. 2. 45. 4	
50. 0	9. 21. 7, 0	2. 44. 24, 0	0. 2. 45, 5	
10	9. 22. 11, 0	2. 43 20, 0	0. 2. 45, 5	
20	9. 23. 14, 5	2. 42. 16, 5	0. 2. 45, 5	
51. 30	9. 30. 48, 0	2. 34. 44, 6	0. 2. 46, 3	
40	9. 31. 53, 5	2. 33. 39, 5	0. 2. 46, 5	
50	9. 32. 59, 0	2. 32. 34, 0	0. 2. 46, 5	
		Medium	0. 2. 45, 6	
		Cor. Merid.	— 3, 1	
		Merid. verus	0. 2. 42, 5	

Iam ſi meridies die 21. Maii cum ſequenti diei 22. conferatur et ex eorum differentia 22″, 9, ſubtrahatur differentia inter tempora media, his meridiebus reſpondentia, inuenietur acceleratio penduli interuallo 24 hor. 13″, 7. Deinde ſi meridierum pro diebus 22 et 24 ſumatur differentia 48″, 7, ſubtracta inde differentia temporum mediorum pro iisdem meridiebus 19″, 3 habetur acceleratio penduli interuallo 48 hor. 29″, 4, adeoque 24 hor. 14″, 7. Denique comparato meridie diei 24, cum eo diei 26, differentia oritur 55″, 8 vnde ſubtractis 20″, 5, reſiduum 35″, 3 praebet acceleratiōnem penduli per 48 hor. vnde eadem 24 hor. colligitur 17″, 6. Supra vero iam oſtendimus accelerationem penduli inter 26 et 27 Maii inueniri 18″, 5 atque inter 27 et 28 eiusdem menſis 16, 9. Licet igitur hae vltimae cum praecedentibus non bene conſentire videntur, in genere tamen patet accelerationem Penduli aliquantum a 21. Maii ad 26 increuiſſe. Hinc exiſtimamus nos absque omni metu erroris veram acceleratiouem Penduli inter 23 et 24 Maii 16 vel ſi placuerit 15″ ſtatuere poſſe, vtra enim adhibeatur, nullam inde in determinatione temporis veri obſeruationum his diebus factarum prodire differentiam, facile perſpicitur.

Die $\frac{22. \text{ Maii}}{2. \text{ Iunii}}$.

Quoniam Cel. Prof. LOWITS ad Venerem in Sole contemplandam Tubum Achromaticum DOLLONDI

LONDI 12 Ped. adhibere conſtituerat, neceſſum duxit diſtantias focales omnium lentium inueſtigare, vt inde cuilibet de qualitate huius inſtrumenti iudicium ferre liceat. Inuenit autem

I°. Diſtantiam focalem lentis obiectiuae a ſuperficie interiori 11. Ped. 4 Dig. 9, 6 lin. menſurae Anglic.

II°. Diſtantiam focalem oculo proximae lentis ocularis, quae plano conuexa eſt, a facie plana 1 Dig. 0, 4 lin.

III°. Diſtantiam focalem maioris et ad lentem obiectiuam propioris lentis ocularis plano conuexae, a facie plana 2 Dig. 10, 3 lin.

Hoc veſperi ventus exoriebatur vehementiſſimus ex Auſtro coelumque nubibus obducebatur

Die $\frac{23.\ Maii}{3.\ Iunii.}$

Ventus per totam noctem durauit, et ante meridiem pluit. Nihilominus quum tempus obſervationis inſtaret Cel. Prof. LOWITS, omnia parata habere voluit, ſi forte coelum ſerenum fieret. Super machina igitur parallactica, cui maior tubus Achromaticus annexus erat, etiam figendum curavit minorem tubum Achromaticum 8 Ped. Micrometro Grahami inſtructum, in ſitu ad priorem tubum parallelo. Hoc enim tubo ad diſtantias menſurandas vti conſtituerat. Veſperi hora 8 aliqua

adeſſe

adeſſe videtur ſpes coeli ſerenioris, media vero nocte ſequenti, iam diſpulſae erant nubes.

Die $\frac{24.\ Maii}{4.\ Iunii.}$

Quoniam Cel. LOWITS in inſtituenda obſervatione principali, nihil ſibi magis eſſe neceſſarium duxerat, quam ſi nullo modo ab aduentu curioſorum turbaretur, Illuſtr. Dominus de VEGESACK Praefectus oppidi Gurief, eius deſideriis annuens, milites (Coſſakos) circa Obſeruatorium diſponere iuſſit, vt nemini, niſi cui Cel. Profeſſori placeret, eo aditus pateret. Haec autem praecauendi ratio eo magis erat neceſſaria, quod D. Prof. LOWITS aſſueuerit oſcillationes Penduli ipſement computare.

Obſeruatio contactuum Veneris cum limbo Solis in egreſſu Veneris e Sole.

Hanc obſeruationem, quantum fieri licet ipſis verbis Cel. Prof. LOWITS heic recenſere conabimur.

„Mane $3^{h}.\ 40'.$ Pend. coelum a nubibus pla-
„ne liberum, quod magna ſpe et laetitia me im-
„pleuit. Denſi tamen vapores prope horizontem
„collecti, magno futurae obſeruationi obſtaculo eſſe
„videbantur. Cum enim per tubum contemplarer
„arundines ad horizontem creſcentes, aurora iam
„orta, vidi easdem inſigni affici motu, quamuis
„aër caeteroquin penitus erat tranquillus. Haec
„circumſtantia ſpem mihi faciebat dubiam de felici
„ſucceſſu

„ſucceſſu in obſeruatione inſtituenda ; praeſertim „quum cognitum non haberem , quam prope Ve- „nus mox poſt ortum Solis , ab egreſſu ſuo e „Sole eſſet.

„Hora 4, 9′ Vapores Horizontis tam erant „illuminati , vt crederem Solis ortum iam conti- „giſſe.

„Hor. 4, 10′ Sol inter arundines conſpicuus „fit. Erat autem facies diſci Solis ſimilis ebul- „lienti metallo cum funditur , admodum de caetero „ouata , margo autem eius ſcaber et inaequali ro- „tunditate affecta. Venus adhuc in Sole conſpicua, mar- „gini vero iam ſatis propinqua. Prorſus nigra ap- „paruit, admodum tamen male terminata, cui acce- „dit , quod perpetuo motu tremulo verſus limbum „Solis agitaretur. Maculae Solares maiores admo- „dum confuſe apparebant eaedemque motu agitatae , „macularum vero minorum nullum erat veſtigium. „In hoc ſtatu diſci Solaris , nullam metiri licuit „diſtantiam.

„Hora 4, 19′ tenues quaedam faſciae per di- „ſcum Solis moueri videbantur, quamuis per nudos „oculos nullae nubes conſpectui ſe offerebant. Hoc „vsque ad $4^{b}.46'$ durauit , quo plane diſparuerunt. „Eodem tempore plurimis factis tentaminibus diſtan- „tiam Veneris a margine Solis Micrometro GRA- „HAMI tubo 8 Ped. applicato dimetiri conatus ſum. „Sed propter maximam incertitudinenem harum

„menſurarum ob durantem motum tremulum mar-
„ginis Solaris, has obſeruationes ſupprimere conſti-
„tui, praeprimis quum campus huius tubi, totum
„diſcum Solis capere non valeat.

„Hora 4, 48′ tam limbus Solis, quam imago
„Veneris adhuc inſigni aſperitate adficiuntur. Ve-
„nus egreſſui proxima erat. Maculae Solares ali-
„quanto diſtinctius conſpicuae, tenuesque nubeculae,
„quae antea Solis diſcum peruagari videbantur,
„non amplius viſae.

„Hora 4. 51′. 16″ motus tremulus margi-
„num adhuc durat. Veneris figura melius termi-
„nata, nigra apparet. Omni licet adhibita atten-
„tione, nullum veſtigium coloris, vel luminis cir-
„ca marginem Veneris videre potui, quamuis iam
„minimae maculae Solares et prope marginem So-
„lis ſitae partes lucidiores diſci perſpicue conſpice-
„rentur. Nullum quoque veſtigium Satellitis Ve-
„neris deprehenſum.

„Hora 4. 54′. 34″ Temp. Pend. Initium egreſ-
„ſus Veneris, ſeu ſecundum contactum internum
„Veneris cum limbo Solis contigiſſe pro certo com-
„pertum habeo, licet motus tremulus marginum
„adhuc ſatis vehemens erat. In hoc contactu nul-
„lam mutationem marginis Solis deprehendi, quae
„licet vndularet, bene tamen terminata erat.

„Hora 5. 3′. 35″ Temp. Pend. credo dimidium
„Veneris egreſſum. Inciſio diſci Solaris acuta et
„nullo lumine peregrino affecta.

Hora

„Hora 5^b. $7'$ motus vndulatorius marginum „adhuc durat, maculae tamen ſolares melius ac an„tea conſpicuae. Margo Veneris nullum indicium „praebet coloris peregrini.

„Hora 5^b. $12'$. $46''$ Temp. Pend. Egreſſum to„talem Veneris e diſco Solis ſeu contactum vlti„mum in egreſſu, marginum Veneris et Solis con„tigiſſe, certo perſuaſus ſum. Neque heic vllum „peregrini luminis indicium.

„Figura Veneris circa ortum Solis oblonga „apparuit, diametro maiori horizonti parallela exiſten„te. Hor. 4. $20'$ figura Veneris magis ad rotun„ditatem accedit, quae continuo perfectior fit vs„que ad ipſum egreſſum, nam proxime ante eum, „Veneris figura perfecte rotunda apparuit.

	Temp. Pend. Schelton.	Temp. vero
Ex his igitur colligitur Cel. Prof. LOWITS obſeruaſſe		
Contactum Veneris internum cum limbo Solis, in egreſſu	d. 24 Maii T. Ciu. $4^b.54'.34''$	d. $\frac{23.}{5.}$ Maii Iunii. T. Aſtr. $16^b.52'.55''$
Centrum Veneris in limbo Solis ab ipſo aeſtimatum	5. 3. 35	17. 1. 56
Contactus demum Veneris externus cum Sole pro egreſſu obſeruatus	5. 12. 46	17. 11. 6
adeoque mora inter vtrumque contactum $18'.11''$.		

Hoc loco autem praetereundum non eſt, huius Phoenomeni obſeruationem quoque in Gurief fuiſſe inſtitutam a Cl. Adiuncto INOCHODSOW, qui Teleſcopio Catoptrico 2. Ped. ad eam faciendam vſus eſt. Quum vero obſeruatorium Cel. LOWITS duobus non ſufficeret obſeruatoribus D. INOCHODSOW in altero propugnaculo (Baſtion) ab Obſeruatorio D. LOWITS 48 perticis diſtante, Pendulum Pariſinum le Paute ſuſpendi curauit, quod quia eius motum ope altitudinum Solis examinare non liceret, cum Pendulo Londinenſi Scheltoni ſequenti ratione collatum eſt.

Die 22. Maii p. Merid.		Die 24 Maii mane	
Temp. Pend. Lond.	Pend. Paris.	Pend. Lond.	Pend. Paris.
$6^b.33^l.0$	$6^b.32^l.58$	$5^b.20'.0''$	$5^b.17^l.10^{ll}$
34. 0	33. 58	21. 0	18. 10
35. 0	34. 58	22. 0	19. 10
36. 0	35. 58	23. 0	20. 10

Ex quo patet motum Pend. Pariſini interuallo $34^b.47'$, retardatum fuiſſe reſpectu Penduli Angl. D. LOWITS $2^l.48''$, quo notato momenta obſeruationum a D. INOCHODSOW aſſignata, facile ad tempora penduli Scheltoniani adeoque et tempus verum reduci poterunt. Obſeruauit autem D. INOCHODSOW.

Con-

	Temp. Pend. Paris.	Temp. Pend. Londin.	Tem. ver. 23. Maii / 3. Iunii.
Contactum internum Veneris in egreſſu	$4^b.51'.34''$	$4^b.54'.22$	$16^b.52'42''$
Contactum Veneris externum in egreſſu	5. 9. 30	5. 12. 19	17. 10. 38
adeoque mora inter vtrumque contactum	$17'.56''$.		

Obſeruatio Eclipſis Solis.

ad horiz. inf. ☿ ☌ ☍	59. 25.	50. 43.
	59. 35.	50. 53.
ad med. horiz. ☉	7. 59. 55.	7. 51. 13.
ad 3. vert. ☿ ☌ ☉	8. 0. 13.	51. 31. *
	8. 0. 22.	7. 51. 40. *

OBSERVATIO IX.

	Temp. Horol.	Temp. ver.
Appulf. ad med. horiz. ☉	$8^{h}.$ $1'.59''.$	$7^{h}.53'.17''.$
ad 1. vert. |☉	2. $9\frac{1}{2}$.	53. $27\frac{1}{2}$.
ad med. horiz. ☿ ☌	2. 45.	54 3.
☍	2. $53\frac{1}{2}$.	54. $11\frac{1}{2}$.
ad 1. vert ☿ ☌ |☉	8. 3. 22.	7. 45. 40.
☍ ☉|	3. $28\frac{1}{2}$.	54. $46\frac{1}{2}$.
ad 2. vert. |☉	4. 6.	55. 24.
ad 2. vert. ☿ ☌ |☉	5. 18.	56. 36.
☍ ☉|	5. 24.	56. 42.
ad 3. vert. |☉	8. 6. 1.	7. 57. 19.
ad horiz. inf. ☿ ☌	6. 10.	57. 28.
☍	6. 20.	57. 38.
ad med. horiz. ☉	6. 41.	57. 59.
ad 2. vert ☉|	6. 44.	58. 2.
ad 3. vert. ☿ ☌ |☉	7. 13.	58. 31.
☍ ☉|	8. 7. 19.	7. 58. 37.

OBSERVATIO X.

Appulf. ad 1. vert. |☉	$8^{h}.$ $8'.26''\frac{1}{2}.$	$7^{h}.59'.44''\frac{1}{2}$
ad med. horiz. ☉	8. 47.	20. 0. 3.
ad med. horiz. ☿ ☌ |☉	10. 32.	1. 50.
et 1. vert. ☍ ☉|	10. 44.	2. 2.
ad 1. vert. ☉|	8. 11. $4\frac{1}{2}$.	2. $22\frac{1}{2}$.
ad 2. vert. ☿ ☌ |☉	11. $32\frac{1}{2}$.	2. $40\frac{1}{2}$
☍ ☉|	11. 38.	2. 56.
ad horiz. infer. ☉	12. 16.	3. 34.
ad 3. vert. |☉	12. 19.	3. 37.
ad horiz. infer. ☿ ☌	12. 58.	4. 16.
☍	8. 13. 1.	8. 4. 19.
ad 2. vert ☉|	13. 9.	4. 27.
ad horiz. inf. ☿ ☌	13. 28.	4. 46.
☍	13. 34.	4. 52.
ad 3. vert. ☿ ☌ |☉	8. 14. $55\frac{1}{2}$.	8. 5. $13\frac{1}{2}$.
ad 3. vert. ☉|		

OBSER-

OBSERVATIO XI.	Temp. Horol.	Temp. ver.
Appulf. ad 1. vert. ☿ ☌ ☍	8^{h}. $16'$. $23''$.	8^{h}. $7'$. $40''$.
ad med horiz. ☉	16. 29.	7. 46.
ad 2. vert. ☍	16. 34.	7. 51.
ad med. horiz. ☿ ☌ ☌	17. 11.	8. 28.
ad 1. vert. ☉ ☍	8. 17. 15.	8. 8. 28.
ad 2. vert. ☿ ☌ ☍	17. 25.	8. 42.
ad 3. vert. ☍	17. 52.	9. 9.
ad 2. vert. ☉ ☍	18. 18.	9. 35.
ad horiz. infer. ☉	18. 24.	9. 41.
ad 3. vert. ☿ ☌ ☍	8. 19. 6.	8. 10. 23.
ad med. horiz. ☉	19. 48.	11. 5.
ad 3. vert. ☉ ☍	20. 3.	11. 20.
	20. 18.	11. 30.
ad horiz. infer. ☿ ☌ ☌	20. $18\frac{1}{2}$.	11. $35\frac{1}{2}$.
ad med. horiz. ☉	20. 46.	12. 3.
ad 3. vert. ☉ ☍	20. $55\frac{1}{2}$.	12. $12\frac{1}{2}$.
	21. 18.	12. 35.
OBSERVATIO XII.	8. 21. $42\frac{1}{2}$.	8. 12. $59\frac{1}{2}$.
Appulf. ad med. horiz ☉	8^{h}. $27'$. $9''$.	8^{h}. $18'$ $26''$.
ad 2. vertic. ☿ ☌ ☍	27. $15\frac{1}{2}$.	18. $32\frac{1}{2}$.
ad med. horiz. ☿ ☌ ☌	27. 21.	18. 38.
ad 2. vert. ☍	27. 51.	19. 8.
ad 1. vert. ☉ ☍	28. $1\frac{1}{2}$.	19. $18\frac{1}{2}$.
ad 2. vert. ☿ ☌ ☍	8. 28. 7.	8. 19. 24.
ad 3. vert. ☍	28. 48.	20. 5.*
ad horiz. infer. ☉	29. 8.	20. 25.
ad 2. vert. ☉ ☍	29. 15.	20. 32.
ad 3. vert. ☿ ☌ ☍	8. 30. 2.	8. 21. 19.
ad horiz. infer. ☉	30. $42\frac{1}{2}$.	21. $59\frac{1}{2}$.
ad 2. vert. ☍	30. 43.	22. 0.*
ad 3. vert. ☿ ☌ ☍	31. $4\frac{1}{2}$	22. $21\frac{1}{2}$.
ad horiz. infer. ☿ ☌ ☌	31. 10.	22. 27.
ad med. horiz. ☉	31. 25.	22. 42.
ad 3. vert. ☉ ☍	31. 35.	22. 52.
	32. 0.	23. 17.
	8. 32. 38.	8. 23. 55.

OBSERVATIO XIII.

	Temp. Horol.	Temp. ver.
Appulf. ad med. horiz. ☉	8b. 33′. 55″.	8b. 25′. 12″.
ad 1. vert. ♀ ☌ ☉	34. 9½.	25. 26½.
☌ ☽	34. 15.	25. 32.
ad med. horiz. ♀ ☌ ☉	34. 38½.	25. 55½.
☍ ☉	34. 48½.	26. 5½.
ad 2. vert. ☽☉	8. 35. 3.	8. 26. 20.
ad 1. vert. ☉☽	35. 44.	27. 1.
ad 2. vert. ♀ ☌ ☽	36. 3.	27. 20.
☌ ☉	36. 8.	27. 25.
ad 3. vert. ☽☉	36. 58.	28. 15.
ad horiz. inf. ☉	37. 32.	28. 49.
ad 2. vert. ☉☽	8. 37. 39.	8. 28. 56.
ad 3. vert. ♀ ☌ ☽	37. 58.	29. 15.
☌ ☉	38. 2½.	29. 19½.
ad horiz. inf. ♀ ☍ ☉	38. 14.	29. 31.
☍ ☽	38. 24.	29. 41.
ad med. horiz ☉	38. 49.	30. 6.
ad 3. vert. ☉☽	8. 39. 33.	8. 30. 50.

OBSERVATIO XIV.

Appulf. ad 1. vert. ☽☉	8b. 47′. 30″.	8b. 38′. 46″.
ad med. horiz. ☉	48. 12½.	39. 28½.
ad 1. vert. ♀ ☌ ☉	48. 25.	39. 41.
☌ ☽	48. 30.	39. 46.
ad med. horiz. ♀ ☍ ☽	48. 55½.	40. 11½.
☍ ☉	49. 6.	40. 22.
ad 2. vert. ☽☉	8. 49. 23.	8. 40. 39.
ad 2. vert. ♀ ☌ ☽	50. 18.	41. 34.
☌ ☉	50. 23.	41. 39.
ad 3. vert. ☽☉	51. 17½.	42. 33½.
ad 2. vert. ☉☽	8 51. 58.	8. 43. 13.
ad 3. vert. ♀ ☌ ☽	52. 11.	43. 27.
☌ ☉	52. 16.	43. 32.
ad horiz. inf. ♀ ☍ ☉	52. 38.	43. 54.
☍ ☽	52. 48½.	44. 4½.
ad med. horiz. ☉	8. 53. 14½.	8. 44. 30½.

OBSER-

OBSERVATIO XV.

	Temp. Horol.	Temp. ver.
Appulſ. ad 1. vert. ☌☉	8b. 55′. 6″.	8b. 46′. 23″.
ad med. horiz. ☉	55. 10.	46. 26.
ad med. horiz.	55. 54.	47. 10.
ad 1. vert. ☿ ☌ ☍	55. 59.	47. 15.
ad 1. vert. et med. horiz. ☍ ☌	56. 4.	47. 20.
ad 2. vert. ☌☉	8. 57. 0.	8. 48. 16.
ad 2. vert. ☿ ☌ ☍	57. 51.	49. 7.
	57. 56.	49. 12.
ad 3. vert. ☌☉	8. 58. 53.	8. 50. 9.
ad horiz. infer. ☉	58. 56.	50. 12.
ad 2. vert. ☍☉	59. 34.	50. 50.
ad horiz. infer. ☿ ☍	59. 38.	50. 54.
ad 3. vert. ☌☿	59. 44.	51. 0.
ad hor. infer. et 3. vert. ☿☍	8. 59. 48.	8. 51. 4.

OBSERVATIO XVI.

Appulſ. ad 1. vert. ☌☉	9b. 4′. 44″.	8b. 55′. 59″.
ad med. horiz. ☉	5. 10.	56. 25.
ad 1. vert. ☿ ☌ ☍	5. 32.	56. 47.
	5. 37.	56. 52.
ad med. horiz. ☿ ☍ ☍	5. 56.	57. 11.
	6. 6.	57. 21.
ad 2. vert. ☌☉	9. 6. 37.	8. 57. 52.
ad 2. vert. ☿ ☌ ☍	7. 24.	58. 39.
	7. 29.	58. 44.
ad 3. vert. ☌☉	8. 29.	59. 44.
ad horiz. infer. ☉	9. 5.	9. 0. 20.
ad 2. vert. ☍☉	9. 9. 10½.	0. 25½.
ad 3. vert. ☿ ☌ ☍	9. 16.	0. 31.
	9. 21.	0. 36.
ad horiz. infer. ☿ ☍ ☍	9. 48.	1. 3.
	9. 9. 59.	9. 1. 14.

OBSERVATIO XVII.	Temp. Horol.	Temp. ver.
Appulſ. ad med. horiz. ☉	$9^{b}.\ 57'.\ 22''.$	$9^{b}.\ 48'.\ 36''.$
ad 1. vert. |☉	57. 28.	48. 42.
ad 1. vert. ☿ o|	57. 57.	49. 11.
ad med. horiz. ☿ { ☌ / ☍	58. 21.	49. 35.
	58. 32.	49. 46.
ad 2. vert. |☉	9. 59. $15\frac{1}{2}$.	9. 50. $29\frac{1}{2}$.
ad 2. vert. ☿ { |☌ / o|	39. 40.	50. 54.
	9. 59. 45.	50. 59.
ad 3. vert. |☉	10. 1. 4.	52. 18.
ad 3. vert. ☿ { |☌ / o|	1. 28.	52. 43.
	1. 33.	52. 48.
ad 2. vert. ☉|	1. 43.	52. 58.
ad horiz. infer. ☉	10. 2. 13.	9. 53. 27.

Obſeruationes afteriſco inſignitae ſubdubiae ſunt.

Contactus internus in exitu	$10^{b}.11'.22''$	$10^{b}.2'.35'',8$
Ante contactum limbus Veneris lucida corona cinctus apparuit, ac ipſo momento contactus prominebat tantisper verſus limbum Solis. Pro tempore contactus id momentum ſumtum eſt, cum filum lucidum limbos ſeparans ſubito diſparuiſſet.		
Contactus externus in exitu	10. 27. $42\frac{1}{2}$	10. 18. $56\frac{1}{2}$
Pro contactu externo id momentum aſſumtum eſt, cum exigua in limbo Solis		

inciſura

inciſura euanuerit, limbusque eius priſtinam rotunditatem recuperauerit. †.		
Eadem momenta ſocius tubo aſtronomico 15 pedum obſeruabat		
Contactum internum	10 11. 23.	
Contactum externum	10. 27. 42.	

Eodem die captae ſunt altitudines Solis correſpondentes

Ante merid.	Altit. ☉lis	Poſt merid.	Meridies
$9^{h}.\ 16'.\ 1''$	$41°.\ 10'$	$3^{h}.\ 1'.\ 52''$	$0^{h}.\ 8'.\ 56''\frac{1}{2}$
— 23. 0	— 50	2. 54. 54	— — 57
— 24. 41	42. 0	— 53. 13	— — 57
— 26. 25	— 10	— 51. $29\frac{1}{2}$	— — $57\frac{1}{4}$
— 28. $11\frac{1}{2}$	— 20	— 49. $42\frac{1}{2}$	— — 57
9. 29. $57\frac{1}{2}$	42. 30	2. 47. $56\frac{1}{2}$	0. 9. 57

Vnde ad hibita debita correctione $-7'',5$ meridies verus fit $0^{h}.\ 8'.\ 49'',3$ et accelleratio horologii $28'',8$

VII.

(†) Ex mora Veneris in limbo Solis, quam praebet Obſeruatio Iakutski habita, perſpicitur alterutrum contactum errore duorum minutorum primorum affectum eſſe; comparanti vero momenta iſta cum obſeruationibus aliorum locorum patebit errorem cadere in contactum internum potius quam in externum. Obſeruator hac de re litteris ad monitus reſpondit ſe certum eſſe de numero minutorum ſecundorum in vtroque contactu, nec non de numero minutorum primorum in contactu externo; ſed non aeque certum de numero eorundem in contactu interno; cum hic ſocius, ibi vero ipſe ad indices horologii reſpexerit.

VII.

Obſeruatio Eclipſeos Solis Die $\frac{21. \text{ Maii}}{5. \text{ Iunii}}$.

Tab. II. Fig. 13. Schema macularum prout in Sole Cl. *Islenieff* apparuere, exhibetur in fig. hic appoſita.

Initium Eclipſeos a Cl. *Islenieff*	Temp. Horol.	Temp. ver.
tubo Dollondiano 10 pedum	$5^b.14^l.50^{ll}$	$5^b.\ 5^l.52^{ll}$
idem a ſocio tubo 15 pedum	14. 54	5. 56
Appulſ. ☽ ad mac. B	5. 32. 24	5. 32. 26
Totalis diſparitio mac. B	32. 52	23. 54
Appulſ. ☽ ad mac. 1. C	5. 43. 26	5. 34. 28
Eiusdem totalis diſparitio	43. 37	34. 39
Appulſ. ☽ ad mac. 2. C	5. 43. 46	34 48
Totalis diſparitio eiusdem	43. 55	34. 57
Totalis diſparitio mac. D	5. 52. 51	43. 52½
- - - mac. N	6. 2. 16	5. 53. 58½
Emerſio mac. B } tubo	6. 27. 30	6. 18. 31
mac. C } quadranti	38. 56	29. 57
mac. D } affixo.	48. 25	39. 26
Emerſio mac. N tubo Doll.	6. 57. 14	6. 48. 14
Finis Eclipſeos. tubo Dollond.	7. 1. 38	6. 52. 37½
a ſocio tubo 15. ped. aſtr.	7. 1. 33	52. 32½

Superſedemus hic referendis obſeruationibus quadrante ad definiendam poſitionem Lunae durante Eclipſi inſtitutis, cum idem deliquium multis aliis in locis fuerit obſeruatum.

Die

Die $\frac{25.}{5.}$ *Maii* / *Iunii* altitudines Solis correſpondentes.

Ante merid.	Altit. ☉lis	Poſt merid.	Meridies
$9^h. 27'. 40''\frac{1}{2}$	$42°. 20'$	$2^h. 51'. 30''\frac{1}{2}$	$0^h. 9'. 35''$
29. 27	— 30	49. 43	9. 35
31. 18	— 25	47. 54	9. 36
33. 4	— 40	46. $5\frac{1}{2}$	9. $34\frac{1}{4}$
34 51	43. 0	44. $18\frac{1}{2}$	9. $34\frac{1}{4}$
9. 36. 40	43. 10	2. 42. $29\frac{1}{2}$	0. 9. 34

Ob correctionem meridiei adhibendam $-7''$ meridies verus prodit $0^h. 9'. 28'', 1$ et acceleratio horologii $28'', 8$.

VIII.

De declinatione acus magneticae.

Ducta in obſeruatorio exactiſſima linea meridiana 1768. die $\frac{3}{14}$. Oct. obſeruauit declinationem acus magneticae $5°.15'$ verus occidentem; et anno ſequenti die $\frac{11}{23}$. Iunii eandem operationem repetens reperit cuſpidem acus Boream ſpectantem verſus occidentem declinare $5°. 0'$.

EXPO-

EXPOSITIO METHODORVM,

CVM

PRO DETERMINANDA PARALLAXI SOLIS

EX

OBSERVATO TRANSITV VENERIS PER SOLEM,

TVM

PRO INVENIENDIS LONGITVDINIBVS LOCORVM SVPER TERRA, EX OBSERVATIONIBVS ECLIPSIVM SOLIS,

VNA CVM CALCVLIS

ET

CONCLVSIONIBVS INDE DEDVCTIS.

METHODVS
EX
OBSERVATO TRANSITV
VENERIS PER SOLEM,
INVENIENDI PARALLAXIN SOLIS.

SECTIO PRIMA.
De Elementis, quae ex Tabulis Aſtronomicis deſumuntur.

I.

Ex Tabulis Aſtronomicis colligatur tempus coniunctionis Solis et Veneris, qnod tempus ſub certo meridiano veluti Pariſino, ſecundum tempus medium ſumtum denotetur littera T, quo epocham ſequentium noſtrorum calculorum conſtituamus. Pro hoc tempore ergo T ex Tabulis computentur ſequentia elementa:

I. Longitudo Solis $= L$;
II. Eius diſtantia a terra $= a$;
III. Eius Semidiameter apparens $= \Delta$;
IV. Motus horarius $\odot = \alpha$;
V. Longitudo Veneris geocentrica $= L$;
VI. Latitudo ♀ geocentrica $= l$;

VII.

VII. Distantia ♀ a terra $= b$;
VIII. Semidiameter apparens ♀ $= \delta$;
IX. Motus horarius ♀ in Longit. $= \beta$;
X. Motus horarius ♀ in Latit. $= \gamma$;

vbi notandum motum in Longitudinem esse retrogradum, ideoque β negatiuum.

II. Horum decem elementorum, non omnia pari certitudinis gradu sunt praedita, sed alia tamquam certissima spectari possunt, dum alia vel maiorem vel minorem correctionem postulant, ita quae ad Solem attinent pro certis haberi possunt, nisi forte eius diameter, emendationem vnius vel alterius minuti secundi exigat. Circa Venerem, tam vterque motus horarius β et γ, quam eius distantia a terra b, tamquam exacta spectari possunt, eiusque semidiameter δ non nisi minima correctione indigere videtur. Verum ob imperfectionem tabularum, tam Longitudo Veneris geocentrica L, quam eius Latitudo l, quatenus scilicet ad epocham constitutam T sunt computata, sine dubio aliquam correctionem requirunt, quocirca pro tempore T, statuamus veram Longitudinem Veneris geocentricam $= L + x$, veramque Latitudinem geocentricam $= l + y$, vbi tam x, quam y certe valde exiguos valores habebunt.

III. His elementis constitutis, ad quoduis tempus, tam ante, quam post epocham fixam T, loca Solis et Veneris accurate assignari atque adeo

distantia vera centrorum geocentrica definiri poterit. Ab epocha igitur T elapsae sint t horae, ita vt tempus nostrum sit $T+t^b$ atque pro hoc momento habebimus:

I°. Longitudinem Solis $= L + \alpha t$

II°. Longitudinem Veneris geoc. $= L + \beta t + x$

III°. Latitud. geoc. Veneris $= l + \gamma t + y$

siquidem Latitudo labente tempore crescat, contra litteram γ negatiue accipi oporteret. Hinc quanta futura sit distantia centrorum Solis et Veneris geocentrica ex triangulo rectangulo $\odot \varsigma V$, vbi recta A B denotat eclipticam, $\odot$ centrum Solis, ς centrum Veneris, perpendiculo ςV in eclipticam demisso, facillime definietur, in quo erit $\odot V = -(\alpha+\beta)t + x$ et $V\varsigma = l + \gamma t + y$, hincque distantia centrorum $\odot\varsigma = \sqrt{(\odot V\, q + V\varsigma\, q)} = \sqrt{((\alpha+\beta)t - x)^2 + (l+\gamma t+y)^2)}$ et quia x et y sint quantitates quam minimae habebimus:

Tab. III. Fig. 1.

$$\odot\varsigma = \sqrt{((\alpha+\beta)^2+\gamma\gamma)tt + 2\gamma lt + ll - 2(\alpha+\beta)tx + 2(l+\gamma t)y} = \sqrt{((\alpha+\beta)^2 t^2 + (l+\gamma t)^2)} - \frac{(\alpha+\beta)tx + (l+\gamma t)y}{\sqrt{((\alpha+\beta)^2 t^2 + (l+\gamma t)^2)}}$$

IV. Negligamus primo correctiones x et y et ponamus distantiam hinc oriundam $\odot\varsigma = s$, angulum vero $\varsigma\odot V = \sigma$, atque habebimus $\text{Tang.}\,\sigma = \frac{\varsigma V}{\odot V} = -\frac{(l+\gamma t)}{(\alpha+\beta)t}$ hincque, $s = \frac{l+\gamma t}{\text{sin.}\,\sigma} = -\frac{(\alpha+\beta)t}{\text{cos.}\,\sigma}$, at est quoque $s = \sqrt{((\alpha+\beta)^2 t^2 + (l+\gamma t)^2)}$ vnde adhibitis

bitis correctionibus x et y erit vera distantia $\odot\,\varsigma = s + x\cos.\sigma + y.\sin.\sigma$. Verus autem angulus $\varsigma\odot V$, statuatur $\sigma + d\sigma$ et quum sit tang. $(\sigma + d\sigma) = + \frac{l+\gamma t+y}{-(\alpha+\beta)t+x} = \text{tang. } \sigma + \frac{d\sigma}{\cos.\sigma^2}$, ob tang. $\sigma = -\frac{(l+\gamma t)}{(\alpha+\beta)t}$, colligitur $\frac{d\sigma}{\cos.\sigma^2} = -\frac{y(\alpha+\beta)t - x(l+\gamma t)}{(\alpha+\beta)^2 t^2}$, quum autem sit $l + \gamma t = s\sin.\sigma$ et $-(\alpha+\beta)t = s\cos.\sigma$, erit $\frac{d\sigma}{\cos.\sigma^2} = \frac{y\cos.\sigma - x\sin.\sigma}{s\cos.\sigma^2}$ ideoque $d\sigma = \frac{y\cos.\sigma - x\sin.\sigma}{s}$, ita vt habeatur verus angulus $\varsigma\odot V = \sigma + \frac{y\cos.\sigma - x\sin.\sigma}{s}$.

V. Saepe etiam vtile erit nosse variationem momentaneam, quam patiuntur distantia $\odot\,\varsigma$ et angulus $\varsigma\odot V$ in qua inuestigatione correctiones x et y negligere licebit. Sit igitur tempus ab epocha elapsum $= t + dt$ horarum et quum sit $ss = (\alpha+\beta)^2 tt + (l+\gamma t)^2$ erit differentiando $s\,ds = (\alpha+\beta)^2 t\,dt + \gamma(l+\gamma t)dt = -(\alpha+\beta)\,s\,dt\cos.\sigma + \gamma\,s\,dt.\sin.\sigma$, ideoque $ds = -(\alpha+\beta)\,dt\cos.\sigma + \gamma\,dt\sin.\sigma$, coniunctim ergo elapso tempore $t + dt$, erit vera distantia centrorum $\odot\,\varsigma = s + x\cos\sigma + y\sin.\sigma - (\alpha+\beta)\,dt\cos.\sigma + \gamma\,dt\sin.\sigma$, deinde quum sit tang. $\sigma = \frac{l+\gamma t}{-(\alpha+\beta)t}$, variato t prodit $\frac{d\sigma}{\cos.\sigma^2} = \frac{l\,dt}{(\alpha+\beta)tt}$, vnde fit $d\sigma = \frac{(\alpha+\beta)}{ss}\frac{l\,dt}{}$, ex quo nanciscimur verum angulum $\varsigma\odot V = \sigma + \frac{(\alpha+\beta)\,l\,dt}{ss} + \frac{y\cos.\sigma - x\sin.\sigma}{s} = \sigma + \frac{y\cos.\sigma - x\sin.\sigma}{s} + \frac{(\alpha+\beta)\sin.\sigma}{s}\,dt + \gamma\frac{\cos.\sigma\,dt}{s}$.

SECTIO SECVNDA.

De reductione horum elementorum ad Polum aequatoris, hincque ad Zenith cuiusque loci propositi.

Tab. III. Fig. 2.

VI. Cum A B repraesentet eclipticam in cuius puncto ⊙ reperiatur centrum Solis, tempore quodam proposito, t horis post epocham nostram T, cuius propterea Longitudo erit $\mathfrak{L} + \alpha t$, ex hoc puncto ⊙ in superficie sphaerica erigatur quadrans circuli ⊙ Π, vt Π sit polus eclipticae: hinc ad eclipticae punctum solstitiale ♋ ducatur quadrans Π ♋ in quo capiatur arcus Π P obliquitati eclipticae aequalis eritque punctum P polus aequatoris, vnde ad Solem ducatur arcus P ⊙, qui designat distantiam ⊙is a Polo. Atque nunc in triangulo sphaerico ⊙ Π P datur primo latus $\Pi \odot = 90°$, latus $\Pi P = 23°.28'.9''$ tum vero etiam angulus $\odot \Pi P = 3^s - (\mathfrak{L} + \alpha t)$, vnde colligitur cos. P ⊙ = sin. Π P. cos. ⊙ Π P, et tang. Π ⊙ P = tang. Π P sin. ⊙ Π P ideoque tang. $P \odot B = \frac{\text{cot. } \Pi P}{\text{sin. } \odot \Pi P}$.

VII. Quo autem nunc etiam reductionem faciamus, ad locum terrae vbi obseruatio fuerit facta, primum spectari oportet huius loci distantiam a Polo, quae sit $= p$, siue complementum latitudinis, tum vero sit longitudo huius loci a meridiano Parisino orientem versus computata et in tempore expressa $= h^{hor.}$, ita vt cum Parisiis est meridies

ridies hic post meridiem iam numeretur hora $= h$. Quod autem ad tempus obseruationis attinet, facta ea sit in loco proposito n horis post meridiem verum, vnde hoc tempus obseruationis, sub meridiano Parisino, contigerit necesse est $(n-h)^{hor.}$ tempore vero post meridiem, hoc tempus iam conuertatur in tempus medium et ab eo subtrahatur tempus epochae nostrae T, et residuum statuatur $= t^{hor.}$ atque ad hoc tempus in §. praecedente definiatur tam arcus $\odot$ P, quam angulus P $\odot$ B.

VIII. Quoniam obseruatio in loco proposito facta est n horis post meridiem verum, abscindatur a meridiano P $\odot$ orientem versus hoc est secundum seriem signorum, angulus $\odot$ P Z $= 15.n^{\circ}$. et capiatur arcus P Z $= p$, eritque hoc punctum Z apparens Zenith loci propositi, at ob figuram terrae ellipticam, producatur hic arcus P Z in z, vt sit sin. Z $z = \frac{1}{230}$ sin. $2p$, eritque z verum loci propositi Zenith geocentricum, ad quod semper calculum parallacticum referri oportet.

IX. Ducatur iam arcus $\odot z$, atque in triangulo sphaerico $\odot$ P z primo datur arcus P $\odot$ ex §. VI., 2do arcus P z modo assignatus, ac tertio angulus $\odot$ P $z = 15.n^{\circ}$, at pro eius resolutione, demittatur ex z ad latus P $\odot$ perpendiculum z Q atque ex triangulo P z Q colligetur primo

Sin. zQ = sin. zP. sin. $\odot Pz$ et Tang. PQ = tang. Pz cos. $\odot Pz$.

tum

tum vero ob $\odot Q = \odot P \pm PQ$, triangulum $\odot zQ$ dabit

Cos. $z\odot = \cos. zQ . \cos. \odot Q$ et tang. $P\odot z = \frac{\text{Tang. } zQ}{\text{Sin. } \odot Q}$, quo angulo subtracto ab angulo $P\odot B$ remanebit angulus $z\odot B$.

Tab. III. Fig. 3.

X. Nunc ad tempus $T + t$ hor. quod est ipsum tempus obseruationis computetur secundum sectionem praecedentem, tam distantia $\odot\varsigma = s + ds$, quam angulus $\varsigma\odot B = \sigma + d\sigma$ vbi differentialia ds et $d\sigma$ denotant correctiones ibi inuentas, per x et y et dt, quod si enim differentiam longitudinum, quam hic posuimus $= h$ hor. non satis accurate cognoscimus, error commissus, commodissime per dt indicabitur. Hic autem primo, haec differentialia ds et $d\sigma$ in calculo negligamus, quandoquidem calculo absoluto facile erit per differentiationem ea de nouo introducere.

XI. Ponatur igitur distantia $\odot\varsigma = s$ et angulus $\varsigma\odot B = \sigma$ quorum valores erunt cogniti per formulas tang. $\sigma = \frac{l + \gamma t}{-(\alpha+\beta)t}$ et $s = \frac{l+\gamma t}{\sin.\sigma} = -\frac{(\alpha+\beta)t}{\cos.\sigma}$, deinde pro puncto z vocemus arcum $\odot z = f$ et angulum $z\odot B = \zeta$, quae modo sunt inuenta, atque nunc ducto arcu $z\varsigma$ in triangulo Sphaerico $z\odot\varsigma$ nota sunt latera $\odot z = f$ et $\odot\varsigma = s$ cum angulo intercepto $z\odot\varsigma = \zeta - \sigma$, vnde reliqua inueniri possent, quoniam autem latus $\odot\varsigma = s$, vix vltra $16'$ assurgit eum sine errore, vt lineam rectam

ctam ſpectare poterimus ex quo, ſi ex ♀ in ⊙ z, ducatur perpendiculum ♀R, habebimus ſtatim ♀R = s. ſin. $(\zeta - \sigma)$ et ⊙R = s. cof. $(\zeta - \sigma)$ vnde fiet zR = $f - s$ cof. $(\zeta - \sigma)$, cui arcus z♀ manifeſto tam exacte eſt aequalis, vt error prorſus negligi queat, ita vt ſit z♀ = $f - s$ cof. $(\zeta - \sigma)$, continuato arcu z♀, vocemus angulum ⊙♀V = $\zeta - \sigma + \omega$, vbi euidens eſt ω fore angulum quam minimum, quem autem definire poterimus ex palmaria triangulorum proprietate

Sin.⊙♀V : ſin.⊙z :: ſin.z⊙♀ : ſin.z♀ hoc eſt

Sin.$(\zeta - \sigma + \omega)$: ſin.f :: ſin.$(\zeta - \sigma)$: ſin.$(f - s$ cof.$(\zeta - \sigma))$

quae proportio ob s cof. $(\zeta - \sigma)$ quam minimum, transmutatur in hanc:

Sin.$(\zeta - \sigma) + \omega$. cof.$(\zeta - \sigma)$: ſin.f :: ſin.$(\zeta - \sigma)$: ſin.$f - s$ cof.f. cof.$(\zeta - \sigma)$

vnde concluditur $\omega = s$. cot.f ſin.$(\zeta - \sigma)$, ideoque angulus quaeſitus ⊙♀V = $\zeta - \sigma + s$ cot.f. ſin.$(\zeta - \sigma)$.

SECTIO III.

Calculus pro diſtantia apparente inter centra Solis et Veneris per parallaxin determinanda.

XII. Poſita parallaxi Solis = π, quum diſtantia Veneris a terra inuenta ſit = b, diſtantia Solis exiſtente a erit parallaxis Veneris = $\frac{a\pi}{b}$,

quam tantiſper ponamus $= \Pi$, vbi notandum parallaxin Solis vix decem minuta ſecunda ſuperare poſſe et quum $\frac{a}{b}$ ſit circiter $\frac{7}{3}$ etiam Π non excedet $35''$, haec de parallaxi horizontali ſunt intelligenda, quoniam igitur vera parallaxis ſinui diſtantiae a vero Zenith z eſt proportionalis, erit parallaxis Veneris pro loco obſeruatoris $= \Pi$ ſin. $z\,\varphi = \Pi$ (ſin. $f - s$ cof. $(\zeta - \sigma)$ cof. f), exiſtente parallaxi Solis π ſin. f.

XIII. Continuetur igitur arcus $z\,\varphi$ in V vt ſit $\varphi\,V = \Pi$(ſin. $f - s$ cof. $(\zeta - \sigma)$ cof. f), eritque V locus Veneris apparens vbi notetur eſſe angulum $\odot\,\varphi\,V = \zeta - \sigma + \omega$ exiſtente $\omega = s$ cot. f ſin. $(\zeta - \sigma)$ nunc vt Solem in loco $\odot$ conſeruemus ex V ducamus lineolam $V\upsilon$ parallelam $\odot R$ et aequalem π ſin. f eritque ang. $\varphi\,V\,\upsilon = \omega$ et υ locus veneris deſideratus, at demiſſo ex υ in $\varphi\,V$ perpendiculo υo erit $\upsilon o = \pi . s$ cof. f ſin. $(\zeta - \sigma)$, et $V o = V\upsilon = \pi$ ſin f vnde fit $\varphi o = (\Pi - \pi)$ ſin. $f - s\,\Pi$ cof. f cof. $(\zeta - \sigma)$ $= (\frac{a}{b} - 1)\,\pi$ ſin. $f - \frac{a}{b}\,s\,\pi$ cof. f cof. $(\zeta - \sigma)$, ponamus nunc angulum $V\,\varphi\,\upsilon = \theta$ erit

$$\text{tang. } \theta = \frac{s \text{ cof. } f \text{ ſin. } (\zeta - \sigma)}{(\frac{a}{b} - 1) \text{ſin. } f - \frac{a}{b}\,s \text{ cof. } f \text{ cof. } (\zeta - \sigma)} = \frac{\omega}{(\frac{a}{b} - 1)}$$

vnde patet hunc angulum eſſe valde paruum, ideoque ipſam diſtantiam $\varphi\,\upsilon = \varphi\,o = (\frac{a}{b} - 1)\,\pi$ ſin. $f - \frac{a}{b}\,s\,\pi$ cof. f cof. $(\zeta - \sigma) = (\frac{a}{b} - 1)\,\pi$ ſin. f, at vero nunc angulus $\odot\,\varphi\,\upsilon$ erit $= \zeta - \sigma + \frac{a}{a-b}\,\omega$.

XIV.

XIV. Ducatur nunc recta $\odot v$, quippe quae exhibebit veram distantiam apparentem Solis et Veneris pro nostra observatione, atque quum in triangulo $\odot \varphi v$ habeamus latera $\varphi \odot = s$, $\varphi v = (\frac{a}{b} - 1)\,\pi \sin. f$ cum angulo intercepto $\odot \varphi v = \zeta - \sigma + \frac{a\,\omega}{a-b}$, hinc definire licebit ipsam distantiam $\odot v$. Quodsi iam perpendamus latus φv valde paruum esse respectu lateris $\odot \varphi$, sequenti modo calculum expedire licebit, ex formula notissima

$$\odot v = \sqrt{(\odot \varphi q - 2 \odot \varphi . \varphi v . \cos. \odot \varphi v + \varphi v\, q)}$$

quae ob $\cos. (\odot \varphi v) = \cos. (\zeta - \sigma) - \frac{a\,\omega}{a-b} . \sin. (\zeta - \sigma)$ transmutatur in hanc

$$\odot v = \sqrt{(ss - 2(\tfrac{a}{b} - 1)\pi s \sin. f \cos.(\zeta - \sigma) + \tfrac{2a}{b} s\omega\pi \sin. f \sin.(\zeta - \sigma) + (\tfrac{a}{b} - 1)^2\, \pi\pi \sin. f^2)}$$

vnde per approximationem colligimus

$$\odot v = s - (\tfrac{a}{b} - 1)\,\pi . \sin. f . \cos. (\zeta - \sigma)$$

quae formula distantiam quaesitam $\odot v$ satis exacte praebet, quum autem reuera distantia $\odot \varphi$ non sit s, sed $s + ds$ existente $ds = x \cos. \sigma + y \sin. \sigma - (\alpha + \beta)\, dt \cos. \sigma + \gamma\, dt \sin. \sigma$ angulus vero $\asymp \odot \varphi$ non $\zeta - \sigma$, sed $\zeta - \sigma - d\sigma$ existente $d\sigma = \frac{y \cos. \sigma - x \sin. \sigma}{s} + \frac{dt}{s} ((\alpha + \beta) \sin. \sigma + \gamma \cos. \sigma)$, tantum opus est hos valores loco assumtorum substituere at quia membrum posterius iam per se est valde paruum, superfluum est, hac posteriori substitutione vti, at-

que hanc ob rem, vera diſtantia apparens inter centra Solis et Veneris erit:

$$\odot v = s + x \text{ cof. } \sigma + y \text{ ſin. } \sigma - (\alpha+\beta) dt \text{ cof. } \sigma + \gamma dt \text{ ſin. } \sigma - (\tfrac{\alpha}{b} - 1)\pi \text{ ſin. } f \text{ cof. } (\zeta - \sigma).$$

XV. Etſi hic calculus in analyſi plures operationes requirebat, tamen in numeris facillime expedietur, ſtatim enim atque pro tempore propoſito $T + t$, inuenimus primo Tang. $\sigma = \frac{l + \gamma t}{-(\alpha+\beta)t}$ hincque $s = \frac{l+\gamma t}{\text{ſin. } \sigma} = \frac{-(\alpha+\beta)t}{\text{cof. } \sigma}$, tum vero etiam arcum $\odot z = f$ cum angulo $z \odot B = \zeta$, facillimo calculo computabimus formulam:

$$\odot v = s + x \text{ cof. } \sigma + y \text{ ſin } \sigma - (\alpha+\beta) dt. \text{ cof. } \sigma + \gamma dt \text{ ſin. } \sigma - (\tfrac{\alpha}{b} - 1)\pi \text{ ſin. } f \text{ cof. } (\zeta - \sigma)$$

in quo poſtremo membro loco anguli $\zeta - \sigma$, verior $\zeta - \sigma + \omega$ adhiberi poteſt, quae quantitas adeo commodiſſime in minutis ſecundis expreſſa exhibetur. Quum enim motus horarii α, β, γ cum latitudine l in minutis ſecundis exprimi ſoleant aeque ac parallaxis Solis π, inde ſtatim s prodit in minutis ſecundis, in qua menſura omnes ſequentes termini etiam exhibentur, correctiones enim ipſae x et y commodiſſime etiam in minutis ſecundis deſiderantur.

SECTIO

SECTIO IV.

Methodus ex tranſitu Veneris per Solem in pluribus terrae locis obſeruato, non ſolum parallaxin Solis, definiendi, ſed etiam Theoriam Veneris corrigendi.

XVI. Hunc in finem duplicis generis obſeruationes adhiberi ſolent, dum vel momenta contactus externi vel interni, tam circa ingreſſum, quam egreſſum, obſeruari ſolent, ita vt in eodem loco interdum haec omnia quatuor momenta obſeruare licuerit. Quodſi contactus externus fuerit obſeruatus atque pro eo tempore et loco diſtantia $\odot v$ definita, eam ſummae ſemidiametrorum $\Delta + \delta$ aequari oportet, ſin autem contactus internus fuerit obſeruatus iſta diſtantia, differentiae ſemidiametrorum $\Delta - \delta$ aequalis eſt ponenda.

XVII. Quoniam vero neque ſemidiametrum Solis Δ neque Veneris δ, tam accurate nouimus, vt non tantillus error aliquot minutorum ſecundorum irrepere potuerit, etiam hos errores ope plurium huiusmodi obſeruationum, indagare et corrigere licebit, quodſi enim ponamus verum Solis ſemidiametrum eſſe $= \Delta + d\Delta$, veneris autem $\delta + d.\delta$ aequationes pro contactibus externis, omnes talem formam habebunt:

$$s + x \operatorname{cof.}\sigma + y \operatorname{ſin.}\sigma - (\alpha+\beta)\,dt \operatorname{cof.}\sigma + \gamma\,dt \operatorname{ſin}\,\sigma - \left(\tfrac{a}{b} - 1\right) \pi \operatorname{ſin.} f. \operatorname{cof}(\zeta - \sigma) = (\Delta + \delta) + (d\Delta + d\delta).$$

Pro contactibus internis autem omnes aequationes erunt huiusmodi:

$$s + x\cos.\sigma + y\sin\sigma + dt(\gamma\sin.\sigma - (\alpha+\beta)\cos\sigma) - \left(\tfrac{a}{b} - 1\right)\pi\sin f.\cos.(\zeta-\sigma) = (\Delta-\delta) + (d\Delta - d\delta).$$

XVIII. Quare si ex pluribus obseruationibus, tam iisdem quam diuersis locis institutis, plures huiusmodi aequationes fuerint deductae, ex iis omnes quantitates incognitae, quas in has aequationes introduximus haud difficulter determinare licebit, vnde non solum vera quantitas parallaxis Solis π, sed etiam correctiones necessariae x et y tam in longitudine Veneris, quam eius latitudine faciendae innotescent ac praeterea leues illae correctiones semidiametrorum Solis et Veneris concludi poterunt. Caeterum hic probe notandum est pro diuersis terrae locis, errorem in aestimatione longitudinis commissum, quem hic formula dt designamus plurimum discrepare posse, vnde introductio huius termini, tantum pro iis locis vsurpari poterit, vbi plures obseruationes simul sunt institutae, vbi pro singulis, dt eundem retinebit valorem; verum vbi vnica tantum facta fuerit obseruatio, nisi vera loci longitudo aliunde exacte constet, ea nullius plane erit vsus, quin etiam, quoties longitudinem locorum satis exacte cognoscere datur, haec membra dt, continentia prorsus omitti poterunt.

METHO-

METHODVS

EX ECLIPSI SOLARI IN PLVRIBVS LOCIS OBSERVATA, ELEMENTA MOTVS LVNAE, HINCQVE LONGITVDINEM LOCORVM, SVPER TERRA ACCVRATE DETERMINANDI.

SECTIO I.

De Elementis motus Lunae ex tabulis Aſtronomicis petitis.

I.

Propoſita Eclipſi Solari ex Tabulis Aſtronomicis melioris notae colligatur momentum coniunctionis Solis et Lunae, quod ſub certo meridiano veluti Pariſino ponamus contigiſſe, tempore medio $= T$, quod tempus inſtar epochae pro calculis ſequentibus conſtituamus.

II. Ad hoc igitur tempus ex iisdem tabulis, deſumamus ſequentia elementa.

I. Longitudinem Solis $= L$.
II. Semidiametrum Solis apparentem $= \Delta$.
III. Motum Solis horarium $= \alpha$.
IV. Longitudinem Lunae per hypotheſin $= \mathbf{L}$.
V. Latitudinem Lunae $= l$.
VI. Semidiametrum apparentem geocentricam $= \mathbf{D}$.
VII. Parallaxin Lunae aequationem $= \Pi$.
VIII. Motum horarium ſecundum longitudinem $= \beta$.
IX. Motum horarium in Latitudinem $= \gamma$, quo Latitudinem augeri ſumamus.

III.

III. Quamuis autem exactae fuerint tabulae Aſtronomicae, tamen nonnulla horum elementorum, correctione opus habent, per obſeruationes immediate concludenda. Haec autem elementa ſunt potiſſimum ſequentia, quae reuera ita ſe habere ſumamus.

IV. Longitudo Lunae verra $= L + x$.
V. Latitudo Lunae $= l + y$.
VII. Parallaxis Lunae aequatoria $= \Pi + z$

ita vt hae tres quantitates x, y et z correctiones tabularum neceſſarias exhibeant.

IV. His conſtitutis ad quoduis tempus ſiue ante, ſiue poſt noſtram epocham, tam locus centri Lunae geocentricus quam eius diſtantia a centro Solis definiri poterit, ponamus enim tempus propoſitum $t^{hor.}$ poſt epocham noſtram incidere atque habebimus vt ſequitur:

I^{mo} Longitudinem Solis $= L + \alpha t$.
II. Longitudinem Lunae geocentricam $= L + \beta t + x$.
III. Latitudinem Lunae geocentr. $= l + \gamma t + y$.

vnde diſtantia centrorum ſequenti modo facillime reperietur. Sit enim ſuper ecliptica AB, $\odot$ centrum Solis $\mathfrak{D}$ centrum Lunae vnde ad eclipticam demiſſo perpendiculo $\mathfrak{D}L$ erit $\odot L = (\beta - \alpha)t + x$ et $\mathfrak{D}L = l + \gamma t + y$, vnde ducta recta $\odot\mathfrak{D}$ diſtantia centrorum facile innoteſcit, vbi notandum eſt ſi forte motus horarius Lunae tempore t aliquan-

Tab. III. Fig. 4.

quantillum immutetur, tum eius effectum in formulis $(\beta-\alpha)t$ et $l+\gamma t$ facili negotio introduci posse, id quod etiam de Parallaxi Π est tenendum, quam ad tempus quoduis propositum sine vllo labore aestimare licebit.

V. Ad hanc autem centrorum distantiam $\odot\mathfrak{D}$ inueniendam sepositis primo correctionibus x et y, quaeramus angulum σ, vt sit Tang. $\sigma = \frac{l+\gamma t}{(\beta-\alpha)t}$; hincque porro distantiam s, vt sit $s = \frac{l+\gamma t}{\text{sin. }\sigma} = \frac{(\beta-\alpha)t}{\text{cos. }\sigma}$, eritque angulus $\mathfrak{D}\odot L = \sigma$ et distantia $\odot\mathfrak{D} = s$, nunc autem admissis correctionibus x et y sit reuera angulus $\mathfrak{D}\odot L = \sigma + d\sigma$ et vera distantia $\odot\mathfrak{D} = s + ds$ et quoniam $ss = (\beta-\alpha)^2 tt + (l+\gamma t)^2$, tum vero quantitas $(\beta-\alpha)t$ augmentum x, quantitas vero $l+\gamma t$, augmentum y accipere est censenda consequimur differentiando

$$s\,ds = (\beta-\alpha)t\,x + (l+\gamma t)y$$

hincque $ds = \frac{(\beta-\alpha)tx}{s} + \frac{(l+\gamma t)y}{s} = x\,\text{cos. }\sigma + y\,\text{sin. }\sigma$ tum vero ob Tang. $\sigma = \frac{l+\gamma t}{(\beta-\alpha)t}$ erit itidem differentiando $\frac{d\sigma}{\text{cos. }\sigma^2} = \frac{(\beta-\alpha)ty-(l+\gamma t)x}{(\beta-\alpha)^2 . tt}$, hincque $d\sigma = \frac{(\beta-\alpha)ty-(l+\gamma t)x}{ss} = \frac{y\,\text{cos. }\sigma - x\,\text{sin. }\sigma}{s}$, sicque tam verus angulus $\mathfrak{D}\odot L = \sigma + d\sigma$ quam distantia $\odot\mathfrak{D} = s + ds$ innotescit.

VI. Quod si de interuallo temporis t non satis fuerimus certi, quod imprimis euenit, quando ipsam longitudinem loci obseruationis determinari oportet, tum insuper tempori t augmentum dt

tribuendo, impetrabimus praeterea $s\,ds = (\beta-\alpha)^2 t\,dt + (l+\gamma t)\gamma\,dt$, hincque

$ds = (\beta-\alpha)\,dt \cos.\sigma + \gamma\,dt \sin.\sigma$, quas formulas si opus fuerit praecedentibus adiungi oportebit.

SECTIO II.

Reductio praecedentium elementorum ad datum obseruationis tempus et locum.

VII. Contemplemur nunc obseruationem quamcunque circa eclipsin Solis institutam, ac circa ipsum locum ponamus eius distantiam a Polo seu complementum latitudinis $= p$ longitudinem vero a meridiano Parisino ortum versus computatam $= b^{bor.}$, circa ipsam obseruationem autem ponamus eam factam esse, tempore a meridie vero elapso $= n^{bor.}$, siue $n^{bor.}$ post meridiem secundum tempus verum prouti scilicet obseruationes solent institui, quo momento igitur haec obseruatio est instituta, sub meridiano Parisino, tempus verum indicabat $= (n-b)^{bor.}$ a quo tempore per aequationem temporis correcto, subtrahatur epocha nostra T, vt reperiamus quanto tempore post epocham nostram inciderit obseruatio proposita, ac statuamus hoc tempus $= t^{bor.}$, vbi per se euidens est, si obseruatio ante epocham nostram contigerit, tum hoc tempus t negatiue esse accipiendum.

VIII.

VIII. Quum igitur ad hoc tempus sit Longitudo Solis $= L + \alpha t$ hinc situs Poli aequatoris, sequenti modo definiatur. Ex loco Solis $\odot$ ad eclipticam ducatur normaliter quadrans $\odot \Pi$, vt Π sit Polus eclipticae, vnde ad punctum solstitiale aestiuum $\Leftrightarrow$ ducto quadrante $\Pi \Leftrightarrow$, rescindatur arcus ΠP aequalis obliquitati eclipticae, ducto igitur arcu $\odot P$, quia in triangulo Sphaerico $\Pi P \odot$ habemus latus $\odot \Pi = 90°$, $\Pi P = 23°.28'$ cum angulo $\odot \Pi P = 3^s - (L + \alpha t)$, hinc deducimus cos. $\odot P$ = sin. ΠP. cos. $\odot \Pi P$ et Tang. $\Pi \odot P$ = Tang. ΠP. sin. $\odot \Pi P$ vnde innotescit angulus sub quo arcus $P \odot$ ad eclipticam inclinatur.

X. Constituto aequatoris polo P, inde educatur meridianus PZ ortum versus a meridiano $P \odot$, ita vt angulus $\odot P Z = 15.n°$ eritque PZ meridianus loci obseruationis quandoquidem hinc horarius Solis $P \odot$, occidentem versus declinat, angulo $15.n°$, quot scilicet horae post meridiem verum sunt elapsae. Iam in hoc meridiano abscindatur $PZ = p$ eritque Z loci propositi zenith apparens, verum autem eius zenith geocentricum incidet in punctum z existente arculo $Zz = \frac{1}{250}$ sin. $2p$, ad quod punctum z ducto arco $\odot z$, tum vero ex z ad $\odot P$ normali zQ habebimus. Tab. III. Fig. 2.

1°. sin. zQ = sin. Pz sin. $\odot Pz$ et Tang. PQ = Tang. Pz cos. $\odot Pz$; tum vero quia nunc constat latus $\odot Q$; habebimus porro

cos. $\odot z =$ cos. z Q. cos. $\odot$ Q et Tang. $z \odot$ P $= \frac{\text{Tang. } z\,Q}{\text{sin. } \odot\,Q}$, vnde propterea innotescit inclinatio arcus $z \odot$ ad eclipticam.

XI. His inuentis, vocemus arcum $z \odot = f$, eiusque inclinationem ad eclipticam, seu angulum $z \odot B = \zeta$ atque nunc etiam locum Lunae ad istud zenith z referamus. Ante autem vidimus pro tempore t horarum ab epocha nostra elapso, neglectis correctionibus fore $\odot \mathfrak{D} = s$ et angulum $\mathfrak{D} \odot B = \sigma$ existente Tang $\sigma = \frac{\gamma t}{(\beta - \alpha)t}$ hincque $s = \frac{\gamma t}{\text{sin. } \sigma} = \frac{(\beta - \alpha)t}{\text{cos. } \sigma}$, at si reuera ponamus $\odot \mathfrak{D} = s + ds$ et angulum $\mathfrak{D} \odot B = \sigma + d\sigma$, ibidem ostendimus fore $ds = x$ cos. $\sigma + y$ sin. σ et $d\sigma = \frac{y \text{ cos. } \sigma - x \text{ sin. } \sigma}{s}$, ac si insuper correctionis temporis dt ratio sit habenda, quantum inde tam ad ds, quam $d\sigma$ sit adiiciendum, supra §. VII. est inventum.

Tab. III. Fig. 5.

XII. Quum igitur neglectis correctionibus, quippe quas deinceps facile per differentiationem in calculum reducere licet sit distantia $\odot \mathfrak{D} = s$ et angulus $\mathfrak{D} \odot B = \sigma$, erit angulus $z \odot \mathfrak{D} = \zeta - \sigma$, in triangulo Sphaerico $z \odot \mathfrak{D}$ tres res erunt cognitae, vnde quia latus s est arcus valde paruus, semigradum vix superans, si ex $\mathfrak{D}$ ad latus $\odot z$ demittatur perpendiculum $\mathfrak{D}$ R, triangulum $\odot \mathfrak{D}$ R pro rectilineo haberi poterit, ex quo erit $\odot$ R $= s$ cos. $(\zeta - \sigma)$ ideoque arcus z R $= f - s$ cos. $(\zeta - \sigma)$, cui arcus $z \mathfrak{D}$ aequalis est censendus, ita vt sit

$z \mathfrak{D}$

$z\mathfrak{D} = f - s \cos.(\zeta - \sigma)$, pro angulo vero $\odot\mathfrak{D}\Lambda$ inueniendo, ponamus eum $= \zeta - \sigma + \omega$, quoniam perſpicuum eſt angulum ω fore valde exiguum, et quum ſit

$$\text{ſin.}(\zeta-\sigma+\omega) : \text{ſin.}\, f :: \text{ſin.}(\zeta-\sigma) : \text{ſin.}(f - s\cos.(\zeta-\sigma))$$

inde concludimus $\omega = s \cot. f \text{ ſin.}(\zeta - \sigma)$, ſicque cognoſcimus poſitionem Lunae tam reſpectu Solis, quam puncti z.

SECTIO III.

Vbi diſtantia apparens centrorum Lunae et Solis per parallaxin Lunae inueſtigatur.

XII. Quum parallaxis Lunae aequatorea ex Tabulis deſumta, ſit $= \Pi$ reuera autem ſtatuatur $= \Pi + z$, in calculo inſtituendo, iterum negligamus hanc correctionem z, quoniam eam deinceps, differentiatione in calculum introducere licet, et quia hic etiam ad parallxin Solis reſpicere conuenit, ea autem prae Π ſit valde parua et quaſi $10''$, ſtatim aparallaxin Lunae tabularem parallaxi Solis diminuamus, ita vt Π denotet parallaxin Lunae aequatoream, parallaxi Solis mulctatam.

XIII. Quum poſito ſemiaxe telluris $= 1$, aequatoris ſemidiameter ſit proxime $1 + \frac{1}{230}$ erit parallaxis polaris $\frac{200}{201}\Pi$, deinde quia diſtantia loci obſervationis a polo eſt $= p$, erit diſtantia huius loci a centro terrae $1 + \frac{1}{355}$ ſin. $p^2 = \frac{201}{355} - \frac{1}{355}$ cos. p^2, ideoque

parallaxis in loco propoſito $= \Pi - \frac{\Pi}{2 \odot \mathfrak{T}} \cdot \text{cof. } p^2$ vnde ſi ponamus breuitatis gratia $1 - \frac{1}{2 \odot \mathfrak{T}} \cdot \text{cof. } p^2 = r$ erit pro noſtro loco parallaxis horizontalis $= \Pi (1 - \frac{1}{2 \odot \mathfrak{T}} \cdot \text{cof. } p^2) = r \Pi$, quo poſito ex Theoria Parallaxis erit pro loco obſeruationis parallaxis Lunae $= \frac{r \Pi . \text{ſin. } z \mathfrak{D}}{1 - r \Pi . \text{cof. } z \mathfrak{D}}$, atque ex iisdem principiis colligitur ſemidiameter Lunae apparens, pro hoc tempore et loco $= \frac{D}{1 - r \Pi \text{ cof. } z \mathfrak{D}}$.

XV. Producatur ergo arcus $z \mathfrak{D}$ vsque in Λ vt ſit $\mathfrak{C} \Lambda = \frac{r \Pi \text{ ſin. } z \mathfrak{D}}{1 - r \Pi \text{ cof. } z \mathfrak{D}}$ eritque Λ locus apparens centri Lunae hincque recta $\odot \Lambda$ praebebit diſtantiam apparentem centrorum Solis et Lunae, quam hic imprimis definiri oportet. In triangulo igitur $\odot \mathfrak{D} \Lambda$ quod tamquam rectilineum ſpectare licet, habemus primo latus $\odot \mathfrak{C} = s$, 2do angulum $\odot \mathfrak{D} \Lambda = \zeta - \sigma + \omega$ et 3^{tio} latus $\mathfrak{D} \Lambda = \frac{r \Pi \text{ ſin. } z \mathfrak{D}}{1 - r \Pi \text{ cof. } z \mathfrak{D}}$ quod breuitatis gratia tantiſper littera P indicemus, vnde colligimus latus quaeſitum $\odot \Lambda = \sqrt{(s s - 2 s \text{P. cof. } (\zeta - \sigma + \omega) + \text{PP})}$ ad quem valorem commode inveniendum, quaeratur angulus Φ, vt ſit tang. $\Phi = \frac{s \text{ ſin. } (\zeta - \sigma + \omega)}{\text{P} - s \text{ cof. } (\zeta - \sigma + \omega)}$, hincque erit diſtantia $\odot \Lambda = \frac{s \text{ ſin. } (\zeta - \sigma + \omega)}{\text{ſin. } \Phi} = \frac{\text{P} - s \text{ cof. } (\zeta - \sigma + \omega)}{\text{cof. } \Phi}$.

XVI. Vocemus igitur hanc ipſam diſtantiam $\odot \Lambda = \text{V}$ vt ſit V ſin. $\Phi = s$ ſin. $(\zeta - \sigma + \omega)$, atque nunc in eas correctiones inquiramus, quas differentiationem ſuppeditare iam ſupra animaduertimus, in hunc finem tres iſtae quantitates tamquam variabiles ſunt ſpectandae, 1^a diſtantia $\odot \mathfrak{D} = s$,

2da

2da angulus $(\zeta - \sigma + \omega)$ ob angulum σ variabilem, 3^{tia} vero diſtantia $\mathfrak{D}\,\Lambda' = P$ ob correctionem quam parallaxis Π poſtulat, atque hinc etiam variabilis erit angulus Φ, cum diſtantia $\odot\,\Lambda = V$ quam ob rem differentientur hae duae aequationes

$V \text{ ſin.}\Phi = s \text{ ſin.}(\zeta - \sigma + \omega)$ et $V \text{ cof.}\Phi = P - s \text{ cof.}(\zeta - \sigma + \omega)$

atque adipiſcemur duas ſequentes aequationes differentiales

I. $dV \text{ ſin.}\Phi + V\,d\Phi.\text{ cof.}\Phi = ds.\text{ ſin.}(\zeta - \sigma + \omega) - s\,d\sigma \text{ cof.}(\zeta - \sigma + \omega)$

II. $dV \text{ cof.}\Phi - V\,d\Phi \text{ ſin.}\Phi = dP - ds \text{ cof.}(\zeta - \sigma + \omega) - s\,d\sigma.\text{ ſin.}(\zeta - \sigma + \omega)$

multiplicetur prior in ſin. Φ, poſterior vero in cof. Φ et ſumma harum aequationum praebebit:

$dV = dP.\text{cof}\,\Phi + ds\,\text{ſin.}\Phi.\text{ſin.}(\zeta - \sigma + \omega) - ds.\text{cof.}\Phi.\text{cof.}(\zeta - \sigma + \omega) - s\,d\sigma(\text{ſin.}\Phi.\text{cof.}(\zeta - \sigma + \omega) + \text{cof.}\Phi.\text{ſin.}(\zeta - \sigma + \omega)$

quae formula reducitur ad ſequentem

$dV = dP.\text{cof.}\Phi - ds.\text{cof.}(\Phi + \zeta - \sigma + \omega) - s\,d\sigma.\text{ſin.}(\Phi + \zeta - \sigma + \omega)$

quem valorem inueſtigare nobis erat praecipue propoſitum.

XVI. Subſtituamus heic loco ds et $d\sigma$, eos valores quos ſupra §. VI. aſſignauimus, ſcilicet $ds = x \text{ cof.}\sigma + y \text{ ſin.}\sigma$ et $s\,d\sigma = y \text{ cof.}\sigma - x \text{ ſin.}\sigma$, atque formula inuenta, induet ſequentem formam:

$dV = dP.\text{ cof.}\Phi - x.\text{ cof.}(\Phi + \zeta + \omega) - y.\text{ ſin.}(\Phi + \zeta + \omega)$

ac si insuper correctio temporis t in calculum introduci debeat, quoniam supra habuimus

$ds = (\beta - \alpha)dt.\cos.\sigma + \gamma\, dt.\sin.\sigma$ et $sd\sigma = \gamma\, dt\cos.\sigma - (\beta-\alpha)dt.\sin.\sigma$

his valoribus substitutis eliciemus:

$dV = d\,P.\cos.\Phi - (\beta-\alpha)dt\cos(\Phi+\zeta+\omega) - \gamma dt.\sin.(\Phi+\zeta+\omega)$.

XVIII. Quum breuitatis gratia posuerimus $P = \frac{r\,\Pi\,sin.\,z\,\mathfrak{D}}{1 - r\,\Pi\,cos.\,z\,\mathfrak{D}}$ atque in denominatore membrum posterius $r\,\Pi\cos.\,z\,\mathfrak{D}$ sit valde paruum respectu vnitatis, dum valorem differentialis dP inuestigamus, variabilitatem huius membri tuto negligere licebit, deinde etsi arcus $z\,\mathfrak{D} = f - s\cot.f\sin.(\zeta-\sigma)$, tam arcum variabilem s, quam angulum variabilem σ inuoluit, tamen quia haec quantitas $s\cot.f.\sin.(\zeta-\sigma)$ respectu f est valde parua, in computo differentialis $d\,P$ arcum $z\,\mathfrak{D}$ etiam vt constantem spectare licebit. Quare quum assumserimus correctionem $d\,\Pi$, consequemur nunc $d\,P = r\,z.\sin.z\,\mathfrak{D} = \frac{P\,z}{\Pi}$. Hoc igitur valore loco $d\,P$ substituto adhibitis omnibus correctionibus, distantia centrorum Solis et Lunae obseruata erit sequens:

$V + \frac{P\,z\,cos.\,\Phi}{\Pi} - x.\cos.(\Phi+\zeta+\omega) - y\sin(\Phi+\zeta+\omega) - (\beta-\alpha)dt\cos.(\Phi+\zeta+\omega) - \gamma dt\sin.(\Phi+\zeta+\omega)$

quae propterea aequalis esse debet illi, quae reuera fuit obseruata.

XIX. Videamus igitur nunc, quales calculos institui oporteat, vt, hanc formulam, quouis casu quam

quam commodiſſime expedire queamus. Ac primo quidem, inuentis arcubus f et s vna cum angulis ζ et σ, colligatur

1°. arcus $z\odot = f - s\cot.f.\sin.(\zeta-\sigma)$, deinde angulus $\omega = s\cot.f\sin.(\zeta-\sigma)$, 3^{tio} quaeratur angulus Φ, vt ſit Tang. $\Phi = \frac{s\,\sin.(\zeta-\sigma+\omega)}{P - s\,\cos.(\zeta-\sigma+\omega)}$, exiſtente $P = \frac{r\,\text{II}.\sin.z\odot}{1-r\,\text{II}.\cos.z\odot}$ quo inuento habebitur $V = \frac{s.\sin.(\zeta-\sigma+\omega)}{\sin.\Phi} = \frac{P - s\,\cos.(\zeta-\sigma+\omega)}{\cos.\Phi}$ atque his formulis euolutis, tota expreſſio pro diſtantia centrorum inuenta, facile expedietur, atque adeo ſinguli termini in minutis ſecundis expreſſi reperientur, ſiquidem tam ipſa diſtantia s, quam correctiones x, y et z in minutis ſecundis exhibentur. Quod quidem ad terminos differentiale dt involuentes attinet, quoniam t denotat numerum horarum ab epocha elapſarum eius correctio dt exigua quadam fractione dabitur, ſed quoniam dt vel per γ vel per $(\alpha-\beta)$ multiplicatur motus autem horarii α, β, γ in minutis ſecundis exhiberi ſolent, etiam hi termini in minutis ſecundis exprimuntur.

SECTIO IV.

Methodus ex eclipſi Solari in pluribus terrae locis obſeruata, verum locum Lunae geocentricum, vna cum eius vera parallaxi geocentrica inueſtigandi.

XX. Primum eiusmodi conſideremus obſeruationes eclipſis Solaris, quae in locis terrae cognitis

sint institutae, ita vt error in tempore commissus pro nihilo haberi queat. Praecipuae autem obseruationes, pro nostro instituto sunt eae, quibus vel initium eclipseos vel finis, fuit notatus, inter quas imprimis sunt eligendae eae, quibus tam initium quam finem obseruare licuit, quin etiam si eclipsis fuerit vel totalis vel annularis, insuper duo momenta notatu digniſſima accedunt, ita vt in eodem loco quatuor obseruationes institui possint.

XXI. Quod ad initium et finem cuiusque eclipsis attinet, notum est his momentis distantiam centrorum Solis et Lunae aequalem esse, summae semidiametrorum Solis et Lunae apparentium, semidiameter quidem Solis, qui positus est $= \Delta$, pro variis terrae locis non immutari censetur, at supra iam adnotauimus, si semidiameter Lunae geocentricus fuerit $= D$, pro loco obseruationis eum fore $\frac{D}{1 - r \Pi \cos. z \, \mathfrak{D}}$, quam si ponamus d erit summa horum semidiametrorum $\Delta + d$ cui tam pro initio, quam pro fine cuiusque eclipsis, aequari debet, expressio supra inuenta

$$V + \tfrac{P \sin z}{\Pi} \cos. \Phi - x . \cos. (\Phi + \zeta + \omega) - y \sin. (\Phi + \zeta + \omega)$$

omissis terminis differentiali dt affectis, verum in eclipsibus totalibus vel annularibus, haec eadem expressio aequari debebit differentiae semidiametrorum, casu totalium quidem formulae $d - \Delta$ casu annularium vero differentiae $\Delta - d$. Quodsi autem ratio-

nem

nem habeamus dubitandi an ſemidiametri Solis et Lunae ſatis ſint accurate determinati etiam facile erit eorum correctionem in computum introducere, dum tantum opus eſt, vtramque ſemidiametrum Δ et d ſuo differentiali augere, vbi quidem notaſſe iuuabit, incrementum ipſius d, non diſcrepare ab incremento ipſius D, ita vt $dD = dd$, id quod imprimis vſu venire poterit, quando obſeruationes in pluribus locis factae ſuppetunt, ac praecipue quando eclipſis fuerit vel totalis vel annularis.

hinc $\odot Q = \odot P - PQ = 29°.13'.40''$ vnde porro habetur

ex reſol. Δli ſphaer. $\odot z Q$

Coſ. $z\odot$ = coſ. zQ. coſ. $\odot Q$	tang. $P\odot z = \frac{\text{tang. } ZQ}{\text{ſin. } ZQ}$
$l.$ coſ. $z Q = 9,9985953$	$l.$ tang. $z Q = 8,9060692$
$l.$ coſ. $\odot z = 9,9408577$	$l.$ ſin. $\odot Q = 9,6886714$
$l.$ coſ. $z\odot = 9,9394530$	$l.$ tang. $P\odot z = 9,2173978$
	$P\odot z = 9°.22'.3''$

vnde prodit

diſtantia Solis a Zenith $z\odot = 29°.33'.24''$ et angulus circuli verticalis cum ecliptica $z\odot A = P\odot A - P\odot z = 87°.31'.15''$.

In triangulo $\odot \mathbb{C} L$, quod tanquam rectilineum ſpectare licet, eſt

tang. $\mathbb{C}\odot A = \frac{\mathbb{C} L}{\odot L}$	$\mathbb{C}\odot = \frac{\mathbb{C} L}{\text{ſin. } \mathbb{C}\odot A}$
$l.\ \mathbb{C} L = 3,5359267$	$l.\ \mathbb{C} L = 3,5359267$
$l.\ \odot L = 3,0464952$	$l.$ ſin. $\mathbb{C}\odot A = 9,9783211$
$l.$ tang $\mathbb{C}\odot A = 0,4894315$	$l.\ \mathbb{C}\odot = 3,5576056$
$\mathbb{C}\odot A = 72°.2'.48''$	$\mathbb{C}\odot = 3610'',8.$

Ducta iam normali $\mathbb{C} R$, ob $z\odot\mathbb{C} = z\odot A - \mathbb{C}\odot A = 15°.28'.27''$ erit $\odot R = \mathbb{C}\odot$ coſ. $z\odot\mathbb{C} = 3479'',9 = 58'.0''$; hincque $zR = z\odot - \odot R = 28°.35'24''$; cui arcui aequalis cenſetur $z\mathbb{C}$, vt ſit

Diſtantia Lunae a Zenith $z\mathbb{C} = 28°.35'.24''$. Ad inueſtigandam nunc parallaxin altitudinis, ſup-

pono parallaxin Lunae aequatoream correctam $\pi = 61'.1''$; quae, demta parallaxi Solis horizontali $8''$, per $r = 1 - \frac{1}{251} \text{cof.} p^2 = 0,9969$ multiplicata dat parallaxin Lunae horizontalem, pro eleuatione poli Orenburgenſi, $r\pi = 60'.41''.7$. Vnde ex theoria parallaxium colligitur

$$\text{parall. altitudinis} = \frac{r\pi . \text{ſin.} z\mathbb{C}}{1 - r\pi . \text{cof.} z\mathbb{C}}$$

$l.\, r\pi = 3,5613042$	$l.\, r\pi = 3,5613042$
$l.$ conſt. $= 5,3144251$	$l.$ ſin. $z\mathbb{C} = 9,6799169$
$8,2468791$	$3,2412211$
$l.$ cof. $z\mathbb{C} = 9,9435274$	$l.$ denom. $= 9,9932113$
$8,1904065$	$3,2480098$
$r\pi$ cof. $z\mathbb{C} = 0,01550$	Parall. altitudinis
$1 - r\pi \text{cof.} z\mathbb{C} = 0,98440$	$= 1770'' = 29'.30''$.

Sumto itaque arcu $\mathbb{C}\Lambda = 29'.30''$; punctum Λ erit locus Lunae apparens, et $\mathbb{C}\Lambda$ diſtantia centrorum Solis et Lunae apparens; quam definiri oportet ex Δlo $\odot\mathbb{C}\Lambda$, in quo cum angulus $\odot\mathbb{C}\Lambda$ parum diſcrepet ab angulo iam cognito $z\odot\mathbb{C} = 15°.28'.27'$; ponatur $\odot\mathbb{C}\Lambda = 15°.28'.27'' + \omega''$; eritque

$$\omega = \mathbb{C}\odot . \text{cotang.} \odot z . \text{ſin.} z\odot\mathbb{C} = 1699'';$$

hincque $\odot\mathbb{C}\Lambda = 15° 56'.46''$.

Demiſſa iam in arcum $\mathbb{C}\Lambda$ prolongatum normali $\odot o$; erit

$\odot o = \mathbb{C} \odot \sin. \odot \mathbb{C} \Lambda$	$\mathbb{C} o = \mathbb{C} \odot \cos. \odot \mathbb{C} \Lambda$
$l. \mathbb{C} \odot = 3,5576056$	$l. \mathbb{C} \odot = 3,5576056$
$l. \sin. \odot \mathbb{C} \Lambda = 9,4389110$	$l. \cos. \odot \mathbb{C} \Lambda = 9,9829585$
$l. \odot o = 2,9965166$	$l. \mathbb{C} o = 3,5405641$
$\odot o = 992 = 16'. 32''$	$\mathbb{C} o = 3472 = 57'. 52''$

adeoque $\Lambda o = \mathbb{C} o - \mathbb{C} \Lambda = 28'. 22''$.

quo inuento habetur :

$\text{tang.} \Lambda \odot o = \frac{\Lambda o}{\odot o}$	$\odot \Lambda = \frac{\Lambda o}{\sin. \Lambda \odot o}$
$l. \Lambda o = 3,2309596$	$l. \Lambda o = 3,2309596$
$l. \odot o = 2,9965166$	$l \sin. \Lambda \odot o = 9,9364937$
$0,2344430$	$3,2944659$
$\Lambda \odot o = 59°. 45'. 51''$	$\odot \Lambda = 1970''.$

Inuenta hinc distantia centrorum ⊙lis et ☾nae adparens $\odot \Lambda = v = 32'. 50''$ cum summa semidiametrorum adparentium ⊙lis et ☾nae congruere deberet, si longitudo Orenburgi a Lutetiis Parisiorum exacte esset $3^h. 31'. 0''$. Est autem semidiameter ☾ geocentrica $D = 16'. 44''$ hincque semidiameter adparens $d = \frac{D}{1 - r \pi. \cos. z \mathbb{C}} = 16'. 59''. 8$, quae ad semidiametrum apparentem ⊙lis $\delta = 15'. 47''$ addita praebet $d + \delta = 32'. 46''. 8$ a quo valor pro v modo inuentus discrepat quantitate $3''. 2$.

Sit ergo correctio assumtae meridianorum differentiae adplicanda $= -\theta''$; vnde differentia longitudinum ⊙lis et ☾ decrescet quantitate $0,592\ \theta$;

latitudo autem ☾ quantitate 0,0574. θ; quarum prior in cosinum, posterior in sinum anguli $A \odot B$ ductae praebent binas diminutiones in distantia centrorum ⊙ et ☾nae inde resultantes. Quare pro determinando valore θ sequens habetur aequatio

$$1970'' - 0,592.\theta.\text{cos.}\, A \odot B - 0,0574.\theta \,\text{sin.}\, A \odot B = 1966'',8.$$

Praecedenti calculo facile accommodari potest Tab. III. Fig. 7.

Cum vero sit $A \odot \circ = 59°.45'.51''$ et $A \leftmoon \odot = 15°.56'.46''$, colligitur $A \odot \leftmoon = 14°.17'.23''$ qui ab angulo $\leftmoon \odot A = 72°.2'.48''$ subtractus relinquit angulum $A \odot A = 57°.45'.25''$, vnde angulus $A \odot B = 122°.14'.35''$ in aequatione inuenta substitutus praebet

$$1970'' + 0,2672.\theta = 1966'',8$$

vnde $\theta = -\frac{3'',2}{0,267} = -12''$; vt ex hac obseruatione prodeat

Longitudo Orenburgi a Parisiis
$3^h.31'.12''$.

Obseruatio 2da.

Finis eclipsis solaris a me Orenburgi obseruatus est

25. Maii / 4. Iunii $1^h.2'.44''$. temp. ver.

ex qua obseruatione secundum calculum pag. 417 institutum colligitur

Longitudo Orenburgi $3^h.31'.25''$

quae

quae determinatio a priori ex obſeruato eclipſis initio deducta 13″ discrepat. Operae igitur pretium duxi, priorem obſeruationem denuo, ſed diuerſa methodo, ad examen reuocare et ex ea tempus verum coniunctionis verae ☉lis et ☾nae definire. Inveni vero pro momento obſeruati initii

Longitudinem Nonageſimi	$2^s.\ 12°.30'.\ 4''$
Altitudinem Nonag.	$60°.\ 11'.\ 51''$
Longitudinem ☾nae veram	$2^s.\ 13°.\ 31'.\ 55''$
Latitud. ☾ veram	$57'.\ 16'.$ B.

Ex quibus elementis colligitur pro figura telluris ſphaeroidica

Parallaxis in longitudinem	$+ 55''.$
Parallaxis in latitudinem	$- 29'.\ 40''.$

His vero poſitis prodit diſtantia ☾nae a coniunctione apparente $17'.\ 41''$ et, addito parallaxis effectu, diſtantia a coniunctione vera $18'.\ 36''$, quae verſus occidentem ſita eſt et ipſam coniunctionem praecedit. Ex motu autem horario ☾nae a ☉le reſpondent huic diſtantiae $31'.\ 26''$, quibus a tempore vero obſeruati initii demtis prodit

Tempus verum coniunctionis verae ☉ et ☾
ſub meridiano Orenburg . . 4. Iun. $0^h.\ 1'.48''$
quod cum tempore Pariſino 3. Iun. $20^h.\ 30'.36''$

collatum, eandem, vt ante, differentiam meridianorum oſtendit; eſt nempe hinc

Long. Orenburgi a Parisiis $3^h. 31'. 12''$
ex quibus binis determinatio media est $3^h. 31'. 19''$.
Inseruiat nunc postremo loco huic eidem inuestigationi.

III. Ipsa obseruatio ♀ *in* ☉.

In qua cum notauerim in diario meo, contactum externum in egressu ♀ Orenburgi adcuratius, quam quidem internum, ob maiorem ☉lis eleuationem obseruari potuisse; hoc posterius momentum cum aliis eius obseruationibus factis in eiusmodi locis, de quorum geographico situ satis constat, comparabo. Retardationes contactus visi super eo, qui pro centro telluris locum habet, singulis locis competentes ex formulis in superioribus pag. 503 allatis computaui posita parallaxi ☉lis horiz. $= 8'', 6$.

Retardatio Orenburgi . . $6'. 1''$.
Wardhusii . . . $4'. 18''$.

$d = + 1'. 43''$.

Obseruatus est contactus externus
Wardhusii . . $15^h. 45'. 44''$.
At, nulla habita ratione differ. merid.
idem contactus Orenburgi tardius, quam
Wardhusii, obseruari debuit . $1'. 43''$.

adeoque tum, cum Wardhusii tempus verum indicaret . . $15^h. 47'. 27''$.
Hoc ipso autem momento fuit Orenburgi temp. ver. . . . $17^h. 23'. 34''$.
Differ. merid. inter Orenburg et Wardhus $1^h. 36'. 7''$.

Com-

Comparatio 2da.

Retardatio in oppido Gurief - - - - - $6^{l}.18^{ll}$
Contact. extern. obseru. - - - - - $17^{b}.11^{l}.6^{ll}$
$d = -17^{ll}$
$17^{b}.10^{l}.49^{ll}$
$17^{b}.23^{l}.34^{ll}$

Differ. merid. inter Gurief et Orenburg $12^{l}.45^{ll}$

Comparatio 3^tia.

Redardatio pro Caianeburgo - - - $4^{l}.51^{ll}$
Contact. extern. ibi obseru. - - - $15^{b}.32^{l}.27^{ll}$
$d = +1^{l}.10^{ll}$
$15^{b}.33^{l}.37^{ll}$
$17^{b}.23^{l}.34^{ll}$

Differ. merid. inter Caianeburg et Orenburg $1^{b}.49^{l}.57^{ll}$

Comparatio 4ta.

Retardatio Petropoli - - - - - $5^{l}.9^{ll}$
Cont. extern. ibi obseruatus, sumto medio
- - - - - - - - - $15^{b}.43^{l}.25^{ll}$
$d = +0^{l}.54^{ll}$
$15^{b}.44^{l}.30^{ll}$
$17^{b}.23^{l}.34^{ll}$

Differ. inter Petropolin et Orenburgum
- - - - - - - - - $1^{b}.39^{l}.14^{ll}$

Com-

Comparatio 5ta.

Acceleratio pro arce Principis Walliae $=0^{l}.54^{ll}$
Contact. extern. obſeru. a Dno Wales $7^{b}.19^{l}.22^{ll}$
$d = +6^{l}.55^{ll}$

$7^{b}.26^{l}.17^{ll}$
$17^{b}.23^{l}.34^{ll}$

Differentia. merid. inter arcem Principis Walliae et Orenb. - - - - $9^{b}.57^{l}.17^{ll}$

Stabilitis igitur, vt ex ſuperioribus patet, longitudinibus a Lutetiis Pariſiorum

Wardhuſii - - - -	$1^{b}.55^{l}.8^{ll}$
Gurieſii - - - -	$3^{b}.18^{l}.42^{ll}$
Caianeburgi - - - -	$1^{b}.41^{l}.44^{ll}$
Petropolis - - - -	$1^{b}.52^{l}.3^{ll}$
arcis Prin. Wall. - -	$6^{b}.26^{l}.16^{ll}$.

Pro longitudine Orenburgenſi ſequentes determinationes prodeunt

ex compar.	$1^{ma}.\ 3^{b}.31^{l}.15^{ll}$
	$2^{da}.\ 3^{b}.31^{l}.27^{ll}$
	$3^{tia}.\ 3^{b}.31^{l}.40^{ll}$
	$4^{ta}.\ 3^{b}.31^{l}.17^{ll}$
	$5^{ta}.\ 3^{b}.31^{l}.1^{ll}$.

ex quibus determinatio media eſt $3^{b}.31^{l}.20^{ll}$.

Concluditur ergo ex praecedentibus calculis

Lon-

Longitudo Orenburgi a Parisiis

ex eclipsibus satell. Iouis - - -	$3^{h}.31'.25''$
ex eclipsi solari - - - -	$3^{h}.31'.19''$
ex obseruatione Veneris - - - -	$3^{h}.31'.20''$
Determinatio media - - -	$3^{h}.31'.21''$

quam verosimile est, parum a veritate aberrare. Stabilita ergo hac meridianorum differentia, ex obseruatione Orenburgensi sequentes prodeunt

Errores tabularum Celebr. *Maieri.*

Ex obseruato eclipsis initio prodiit

Coni. vera ☉ et ☾ Orenbugi	$4^{Iun.}.0^{h}.\ 1'.48''$.T.v.
Differ. merid. - - -	$3^{h}.31'.21''$
Coni. vera ☉ et ☾, Parisiis	$3^{Iun.}.20^{h}.30'.27''$.T.v.
Eadem vero ex tab. *Maieri*	$3^{Iun.}.20^{h}.31'.31''$.T.v.
Error tab. in temp.	$1'.\ 4''$

quibus ope motus horarii ☾ a ☉ in partes circuli conuersis, prodit error tabularum in longitudinem $-1'.12''$ atque hinc error in latitudinem $+0'.9''$ quos eosdem errores omnes fere obseruationes alibi institutae etiam ostendunt.

OBSERVATIO COMETAE ANNI 1770. HABITA KAMENECZI IN POLONIA.

Auctore

W. L. KRAFFT.

Ex altitudinibus meridianis Solis et fixarum inueni eleuationem poli huius vrbis 48°. 40′. 53″. En autem ipſas

Altitudines meridianas obſeruatas et per errorem quadrantis iam correctas.

die 29. Iun.	β ſcorpionis - - -	22°. 11′. 56″
— — —	Lucidae Lyrae - -	79°. 54′. 27″
— — —	α Ophiuci - - -	54°. 4′. 41″
die 30. Iun.	Limb. ſuper. ☉lis	64°. 46′. 58″
die 1. Iulii.	Limb. infer. ☉lis	64°. 11′. 5″.

Ex tab. vero Dni La Caille inuenitur Declinatio apparens fixarum ad tempora harum obſeruationum.

β ſcorpionis - -	19°. 9′. 31″. A.
Lucidae Lyrae - -	38°. 35′. 0″. B.
α Ophiuci - - -	12°. 44′. 45″. A.

Pro definienda longitudine geographica ſequentes duas obſeruationes mihi inſtituere licuit.

Status

Status horologii 1770. menſe Iunio. nou. ſtil.

	Mer. ver.	Temp. med	Acceler. diur.
26 ..	$0^h. 0'. 56''. 7$	$0^h. 2'. 16''. 4$	$1'. 42''. 3$
27 ..	$0^h. 2'. 51''. 6$	$0^h. 2'. 29''. 0$	$1'. 42''. 0$
28 ..	$0^h. 4'. 45''. 5$	$0^h. 2'. 41''. 3$	$1'. 35''. 6.$
1. Iul.	$0^h. 10'. 8''. 0$	$0^h. 3'. 17''. 2$	

Poſita acceleratione diurna ſupra tempus medium $1'. 35''. 6$, cuius a praecedentibus diſſenſus tempeſtati minus optabili dierum 29 et 30 Iunii debetur, colligitur meridies verus

die 29 Iunii . . $0^h. 6'. 33''. 4$
— 30 Iunii . . $0^h. 8'. 20''. 9.$

Obſeruatio Emers. II. Satell. Iouis

Die 26 Iunii, aere ſereno et tranquillo, Ioue 18° circiter alto per tubum achromaticum Dollondianum 10 ped. obſeruaui, monſtrante horologio $11^h. 34'. 7''$.

Emers. II. Satell. Iouis, $11^h. 32'. 15''$. t. v.
Eadem Hollmiae obſeruata eſt $10^h. 56. 23''$. t. v.

Differentia merid. - - - $0^h. 35'. 52''$

Hinc cum Holmia a Lutetiis Pariſiorum verſus orientem diſtet $1^h. 2'. 55''$, colligitur.

Longitudo Kameneczi a Pariſiis $1^h. 38'. 47''$.

Obſeruatio Emers. I. Satellitis.

Die 27. Iunii, eodem tubo et coelo aeque fauente, obſeruaui Kameneczi, monſtrante horologio $12^h. 41'. 27''$.

Emerſionem I. Satell. - - $12^b.37'.35''.$ t. v.

Obſeruata vero eſt Holmiae emerſio huius ſatellitis hanc praecedens,

die 20. Iun. $10^b.\ 8'.30''$
additis ergo $7^d\ 1^b.53'.16''$

habetur obſeruatio meae correſpondens:

Holmiae d. 27 Iun. - -	$12^b.\ 1'.46''$
Kameneczi - - -	$12^b.37'.35''$
Ad differentiam - - -	$0^b.35'.49''$
addita longit Holmiae -	$1^b.\ 2'.55''$

prodit Longit. Kameneczi a Pariſiis $1^b.38'.44''$; ex quibus binis determinationibus media eſt $1^b\,38'\,45''$ ſiue in partibus circuli $24°\ 41'.51''$, quorum interuallo vrbs Kamenecz verſus orientem a Lutetiis Pariſiorum ſita eſt, vt ſit eius longitudo geographica $44°.41'.51''$.

Obſeruatio Cometae.

Nocte diei 28 Iunii Cometa ſatis diſtincte apparuit, tanquam exigua ſtella halone cincta; poſitus erat inter γ ophiuci et ϑ ſerpentis cum λ Antinoi triangulum formans ad ϑ rectangulum Comparaui Cometam cum ſtella δ aquilae et inueni $11^b.44'.12''$. t. v. altitudinem Cometae per refractionem et errorem quadrantis iam correctam $44°.16'.13''$. Dein momentum tranſitus ſtellae δ aquilae per eundem verticalem, verſus ortum a meridiano declinantem, obſeruaui $12^b.33'.52''$. t. v. ſub altitudine ſtellae pariter iam correcta $43°.57'.33''$.

Die

Obſeruatio. 2.

Die 29 Iunii Cometam comparaui cum ſtella ζ aquilae.

$12^b.37'.1''$. t. v. altit. Cometae correcta $54° 27'.53''$

In eodem hoc verticali a meridiano verſus occidentem diſtante viſa eſt ſtella ζ aquilae $12^b.54'.24''$. t. v. ſub altitudine vera $55°.5'.14''$.

Hac nocte lumen Cometae intenſius et nucleus diſtinctior.

$12^b.14'.47''$. t. v. altit. Cometae correcta $55°.0',52''$. Culminatio Lucidae Lyrae $11^b.54'.27''$. t. v.

Cometam ſequentibus noctibus verſus ſeptentrionem viſum quominus obſeruarem, obſeruatorii ſitus obſtitit.

Ex binis ſuperioribus obſeruationibus ſequentia colliguntur.

Loca Cometae.

Sub meridiano Kameneczenſi 1770. menſe Iunio n. ſt.

$28^d.\ 11^b.44'.11''$ t. v.

Aſcens. recta - - - -	$275°.47'.26''$
Declinat, bor. - - - -	$2°.59'.\ 8''$

$29^d.\ 12^b.37'.0''$. t. v.

Aſcens. recta - - -	$279°.\ 6'.32''$.
Declin. bor. - - -	$12°.54'.42''$.

DE OBSERVATIONIBVS METEOROLOGICIS ANNI MDCCLXIV. ST. V. PETROBVRGI INSTITVTIS COMMENTATIO.

Auctore

I. A. BRAVNIO.

Quum methodus, qua vti ſoleo in hiſce obſervationibus conſignandis, ſatis ex antecedentibus conſtet: ſuperfluum eſſet, multa de ea praemonere. Ordo ſcilicet hic eſt, vt primum locum occupent Obſeruationes barometricae, quae ſummas et infimas altitudines cum earum differentiis cuiuslibet menſis per totum menſem indicant, vt ſumma et media barometri altitudo annua innoteſcant praecipue, et alia, quae inde deduci poſſint. Numeri ante punctum poſiti pollices pariſienſes, poſt punctum centeſimas eorum partes indicare ſolent. Barometrum ſimplex idem eſt, cuius diameter interna fere = 2 lineis. Vtor vero praeterea tribus aliis barometris ſat bene cum meo ordinario concordantibus. Inſtitutae ſunt ordinarie ter per diem vna cum thermometricis, 1) mane ſi fieri potuit, ſub ortum ſolis, quo tempore calor minimus, ſeu frigus maximum; 2) poſt meridiem inter horam

2^{dam} et 3^{tiam}, quo calor maximus esse solet ordinarie, 3) nocte h. 11. qua vtplurimum aestate calor minimus obseruari hic Petroburgi potest, quando sub ortum solis commode notari nequit ob ortum nimis matutinum.

Altitudo, sub qua haa obseruationes sunt factae, tam barometricae, quam thermometricae, est circiter viginti pollicum supra libellam Neuae ordinariam, eoque supra mare balticum 28 vel 30 pollicum circiter.

In obseruationibus thermometricis adhibere, vti constat per antecedentia, soleo thermometrum mercuriale delilianum satis notum, vbi numerus 150. punctum congelationis aquae, Ciphra vero calorem aquae bullientis, quippe duo puncto constantia, notat. Et hic tria simul thermometra obseruo, quae satis inter se et cum ordinario concordant.

Ceterum quod ad ipsas thermometricas attinet obseruationes, in iis sunt adnotata primum caloris diminutio maxima, seu frigus maximum, dein calor maximus cum differentiis per singulos anni menses, vt innotescant summum frigus et sumus calor totius anni et alia inde resultantia.

Has obseruationes barometricas et thermometricas sequuntur meteororum ipsorum adnotationes per omnes anni menses.

Denique vbique interspersae sunt considerationes et consectaria, vbi e re esse duximus, ex quibus

bus adparet, nullum praeterire annum ſolere, qui non aliquid ſingulare, attentione dignum et nouum offerat, eoque ſuum ad meteorologiam perficiendam conferat. Iam dudum vtilitates huius generis obſeruationum ab aliis ſunt demonſtratae, praecipuae in Commentariis noſtrae Academiae a *Krafftio* et *Muſchenbroeckio* (vid. Comment. Tom V. pag. 410 et Tom. VIII. p. 391.) ita vt noua defenſione contra earum impugnatores opus non ſit, quamuis facile concedamus meteororum eiusmodi theoriam perfectam vix ac ne vix quidem vnquam ſperari poſſet, vt quemadmodum in Aſtronomia phaenomena coeleſtia, ita in meteorologia praedici queant meteora.

Haec hactenus, veniamus ad rem, et repraeſentemus ipſas obſeruationes. En primum Barometricas.

Altitudines barometricae ſummae et infimae cum earum differentiis per ſingulos menſes anni MDCCLXIV.

	Maxima.	Minima.	Differentia.
Ianuar. 9. h. 2. p. m.	28.55	27.45 d. 19	— 1.70.
Febr. 15. h. 11. p. m.	28.86	27.27 d. 4.	— 1.59.
Mart. 19. h. 7. a. m.	28.61	27.66 d. 6. h. 2. p m.	-0.95.
April. 30. h. 11. p. m.	28.40	27.30 d. 7. h. 6. a. m.	-1.10.
Maius 5. h. $2\frac{1}{2}$. p. m.	28.52	27.55 d. 25. h. 7. a. m.	-0.97.
Iunii 25. h. 6. a. m.	28.27	27.28 d. 5. h. 6. a. m.	-0.99.
Iulii 18. per tot diem	28.32	27.51. d. 26. h. 6 a. m.	-0.81
Aug. 5. h. 2. p. m.	28.42	27.47 d. 31. h. 6. a m.	-0.96.
Sept. 14. h. 10. p. m.	28.40	27.45. d. 25. h. 2. p. m.	-0.95.
Oct. 7. h. 2. p. m.	28.45	27.35 d. 31. h. 11. p m.	-1.10.
Nou. 18. h. 2. p. m.	28.65	27.25. d. 1.	— 1.40.
Dec. 10. h. 9. a. m.	28.75	27.30. d. 3. h. 9. a. m.	-1.45.

Ergo

Ergo altitudo barometri maxima totius anni = 28 86. Febr. 15. adnotata, et minima = 27. 25. Nouembris 1. obſeruata. Hinc differentia annua, ſiue ſpatium variationum maximum hoc anno 1761. et altitudo media huius anni = 28. 05½.

Maxima igitur barometri altitudo huius anni Februarii 15. h. 11. p. m. obſeruata = 28. 86. minor eſt ſumma alias mihi hic obſeruata = 29. 12. 1757. $\frac{26}{100}$. Ergo manet haec 29. 12. adhuc maxima omnium hic Petroburgi ad hoc tempus obſervatarum. Ceterum altitudo haec huius anni maxima ſub ſequentibus accidit circumſtantiis: Lux borealis inſignis conſpieciebatur et completa. Nox erat ſerena, vti quoque duo dies antecedentes et conſequentes ſereni fuerunt. Gradus frigoris = 174. Ventus NO. 1.

Altitudo vero huius anni minima = 27. 25. Nouembris 1mo per totum diem obſeruata mihi ſub circumſtantiis quae ſequuntur. Dies erat nubilus et pluuius, vti quoque aliquot antecedentes et conſequentis dies. Ventus SO. 1 et 2. Thermometrum monſtrabat gradum 149 et 147, die antecedenti et conſequenti 150. Ceterum haec minima annua altitudo = 27. 25. maior minima eſt 26. 41. alias hic *Kraffio* et mihi obſeruata $\frac{84}{100}$. Manet igitur adhuc minima omnium hic Petroburgi obſeruatarum ad hoc tempus altitudinum 26. 41. Ergo quoque

ſpatium variationum maximum manet inuariatum $= 2.71$. vti quoque altitudo media $= 27.76\frac{1}{2}$. omnium annorum, quibus obſeruationes barometricae hic ſunt inſtitutae. Altitudo vero huius anni media ex maxima et minima menſtrua reſultans eſt $= 28.05$.

Si conſideramus differentias, ſeu variationes altitudinum barometricarum menſtruas huius anni, denuo illam naturae legem obſeruamus, qua differentiae, ſeu variationes barometricae menſibus prioribus et poſterioribus, quam mediis, eſſe ſolent maiores. Exceptionem tamen hoc anno facere videtur menſis Martius, quo differentia ſolito minor conſpicitur $= \frac{65}{100}$. Sed procul dubio haec differentia ſolito minor, inde erit repetenda, quod altitudines barometricae hoc menſe ſolito maiores fuerint, et coelum quoque ſolito ſerenius.

Maxima differentia menſtrua hoc anno incidet in menſem Februarium, quae eſt $= 1.59$. Minima vero in menſem Iulium, quae eſt $= \frac{31}{100}$.

Progrediendum nunc nobis eſt ad obſeruationes thermometricas, in quibus calor minimus, ſeu frigus maximum et calor maximus cum differentiis per ſingulos anni menſes ſunt notata. En ipſas!

Calor

Calor

	Minimus.	Maximus.	Differentia.
Ianuarii	1. h. 9. a. m. 189 —	144. d. 28. h. 2. p. m. —	45.
Febr.	20. h. 7. a m. 183 —	146. d. 4. h. 2. p. m. —	37.
Mart.	18. h. 6. a. m. 160 —	138. d. 24. h. 2. p. m. —	22.
Apr.	28. h. 11. p. m. 156 —	138. d. 20. h. 2. p. m. —	18.
Maii	1. h. 6. a. m. 152 —	118. d. 12. h. 2. p. m. —	34.
Iunii	15. h. 3. a. m. 139 —	112. d. 24. h. 3. p. m. —	27.
Iulii	6. h. 4. a. m. 132 —	107. d. 22. h. 2. p. m. —	25.
Auguſt	28. h. 7. a. m. 147 —	112. d. 7. h. 2. p. m. —	35.
Sept.	2. h. 7. a. m. 150 —	125. d. 4. h. 2½. p. m. —	25.
Octobr.	26. h. 6. a m. 152 —	135. d. 1. et 26 —	17.
Nou.	19. h. 8 a. m. 167 —	147. d. 1. h. 3. p. m. —	20.
Dec.	19. h. 9. a. m. 183 —	147. d. 3. h. 9. a. m. —	36.

Calor igitur minimus, ſeu frigus maximum = 159. Ian. 1. et calor maximus = 107. Iulii 22, eoque differentia maxima per totum annum = 82.

Quodſi frigus maximum annuum 189. comparetur cum frigore maximo aliorum annorum, et praecipue cum frigore maximo ad hoc tempus hic obſeruato, quod eſt = 212. adparet, non fuiſſe inſigne, eſt enim gradibus 23. minor, maximo mihi alias hic obſeruato Dec. 26. 1759. Neque calor maximus 107. admodum magnus fuit hoc anno, quum differat a maximo = 97°. alias hic mihi obſeruato 10 gradibus. Manet igitur ſpatium variationum thermometricarum inuariatum, quod eſt = 115. Variatio thermometrica menſtrua maxima

incidit in menſem Ianuarium hoc anno, quae eſt = 45°; ſcilicet ab 144. ad 189°. minima vero = 17°. in menſem Octobrem a 135 ad 152.

Ceterum frigus maximum 189. Ianuarii 1. h. 9. a. m. ſub ſequentibus obſeruatum circumſtantiis eſt. Barometrum 28. 42. Ventus erat N 1. Dies ſerenus, ſequentes vero nubili. In ſequentibus obſeruationibus frigus eſt diminutum in hunc modum 185. 179. 165. 161.

Calor maximus = 107°, per antecedentia, hoc anno incidit in Iulii diem 22. h. 2. p. m. Antecedentia, concomitantia et ſequentia erant haec: Barometrum indicabat 27. 98. Ventus erat S 2. et coelum ſerenum. In obſeruatione antecedenti calor erat 120° et inſequenti 121°. Ceterum d. 16. 108. d. 19. 112 d. 20. 108 et d. 23. ſequenti 114. d. 24. 116. d. 25. 114. d. 29. 112. quae ſunt intelligenda de calore pomeridiano h. 2. vel inter h. 2 et 3. quo tempore ordinarie hic maximus eſſe ſolet.

Pergendum nunc eſt ad ipſa Meteora hoc anno nobis obſeruata. Repraeſentabimus ea per ſingulos anni menſes.

Menſis Ianuarius.

Dies ſereni hoc menſe tantum 4 fuerunt nimirum dies 1. 15. 21. 29.

Venti

Venti vehementiores erant 4 ſcilicet d. 13. S 3 d. 17. S 3 d. 26. S 3 d. 28. S 3. Igitur omnes ex meridie flauere, vti quoque ventus meridionalis per hunc menſem regnauit.

Altitudo aquae ex niue liquefacta = 9. lin. pariſienſibus.

Lux borealis imperfecta, quieta, tantum ad inſtar vnius ſtriae ſplendidae et coloratae d. 30. h. 10. adparere coepit.

Menſis Februarius.

Coelum hoc menſe ſatis ſerenum fuit, ſcilicet per 11. dies 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 26. 27. 28.

Altitudo aquae ex niue = poll. 1. lin. 3. Venti vehementes 2 flauerunt d. 4 et 5. W 3 et 4. vti quoque ventus ex occidente regnauit.

Aurorae boreales quinque ſunt mihi obſeruatae, vt d. 11. quae imperfecta rurſus inſtar ſtriae vel virgae ſplendidae et paullum coloratae, vti debilis iris h. 8. p. m. adparere coepit.

D. 15. inſignis et completa, quae ſe occidentem verſus conuertit, eſt conſpecta. D. 17. exigua et incompleta. D. 22. mediocris et denique d. 23. inſignis rurſus et incompleta.

Nebula nulla per totum menſem.

Menſis Martius.

Dies ſereni hoc menſe fuere 17. vti alias coelum per hunc menſem, maiorem partem eſſe ſerenum ſolet.

Venti vehementes duo nempe d. 1. W 3 veſperi coepit; alter d. 30. S O 3. Cæterum S et W regnarunt.

Altitudo aquae pluuiae pollicis 1. eſt deprehenſa.

Aurora borealis vnica eaque incompleta eſt d. 21. mihi obſeruata.

Menſis Aprilis.

Octo tantum dies ſereni hoc menſe numerabantur ventus vehementior vnicus hoc menſe flauit d. 7. N W 3 et 4 coepit mane. Nullus ventus praecipue regnauit, quum admodum variabiles fuerint.

D. 27. grandinauit.

Altitudo aquae pluuiae = poll. 3. lin. 8. Neua flumen a glacie liberari coepit, ſiue glacies fracta fuit d. 1. Adhuc interuallum maximum eſt inter terminum tardiſſimum et citiſſimum, quo glacies Neuae frangi ſolet 36 dierum ab anno 1718 ſcilicet a Martii 22. quo 1723, ad Aprilis 26. quo 1739. glacies frangi coepit.

Menſis

Menſis Maius.

Coelum hoc menſe ſatis ſerenum fuit, ſcilicet per dies 21.

Ventus vnicus vehementior ſpirauit d. 16. W 3.

Ceterum venti ita variabiles fuere, vt nullus regnaſſe dici poſſit.

Altitudo aquae pluuiae erat = poll. 2. lin. 2.

D. 25. nix floccis magnis grandine mixta cecidit, quod raro hoc tempore fieri hic ſolet.

Tonitru primum d. 11. circa h. 4. p. m. e longinquo et eodem die inter h. 6 et 7. tonuit cum pluuia et paullo propius haec tempeſtas acceſſerat Barometro 28. 11 per totam diem, et thermometro h. 2. p. m. = 123 in ſole 111, durante tonitru 132.

Menſis Iunius.

Dies huius menſis plerique vt ſolet, fuere ſereni, ſcilicet 23.

Venti vehementes quinque ſunt numerati, vt d. 6. W 3 d. 7. S 3 et 4 d. 9. W 3 d. 10. S 3 et 4 d. 14. W 3. Ceterum N et O regnarunt.

Altitudo pluuia = poll. 2. lin. 7.

Tonitru nullum per totum menſem eſt auditum id quod accidere rarius hic ſolet.

Menſis Iulius.

Coelum maiorem huius menſis partem erat ſerenum, nempe per dies 22.

Venti

Venti vehementiores erant 4. Nempe d. 13. S 3 d. 22. S 3 d. 26. W 3 et 4 d. 31. W 3.

Ceterum venti ita variabiles fuere, vt regnasse nullus dici possit.

Tonitrua contigere 5 d. 2. inter h. 3 et 4. e longinquo cum pluuia exigua; Barometro monstrante 28. 04 et thermometro 114. h. 2. p. m. d. 3. ante et post h. 6. a. m. satis prope accessit tempestas haec, cum pluuia larga. Barometro ad 28. 00 descendente. Thermometro mane 122. Circa meridiem rursus tonuit, sed e longinquo, barometrum quum antea rursus adscendere coepisset. Die 4 circa h. 5. p. m. e longinquo tonuit, sequente tamen pluuia. Barometro 28. 10. Thermometro 118 h. 2. p. m. D. 13. circa h. 3 tonare coepit, pluvia magnis guttis simul cadente, propius tamen non accessit. Barometro 28. 07. Thermometro 119. D. 19. circa h. 8. p. m. tonitru sed vnicum est auditum cum pluuia exigua. Barometro 28. 26. Thermometro h. 3. p. m. 110 vento vix sensibili.

Altitudo aquae pluuiae = poll. 2. l. 2.

Mensis Augustus.

Mensis dimidius fuit serenus scilicet per dies 15.

Venti vehementes 4 vt d. 4. W 3 et 4. d. 16. NO 3 d. 24. W et S 3 d. 26. W 3.

Altitudo aquae pluuiae = poll. 4. lin. $9\frac{1}{2}$.

Toni-

Tonitru ſatis vehemens d. 7. coepit inter h. 5 et 6. p. m. et perſeuerauit ad h. 8. cum larga pluuia Barometro 28. 10 deſcendente Thermometro h. 2. p. m. 112.

D. 3. 6. 10 fulgetra.

Nebula denſa d. 14. mane.

Lux borealis exigua d. 8. et completa d. 26. eſt conſpecta.

Menſis September.

Hoc menſe tantum 6 numerati ſunt dies ſereni d. 2. 3. 4. 6. 15. 19.

Venti vehementes 5 fuere vt d. 12. W 3 nocte praecipue d. 15. S 3 d. 16. S 3 et 4. d. 21. W 3 et 4. d. 26. W 3. Inter ventos S regnauit.

Altitudo aquae pluuiae 2 poll. lin. 9. eſt reperta.

Nebula d. 20.

Fulgetra conſpecta d. 9. inter h. 8 et 9. veſperi thermometro 132 et barometro 128.

Menſis October.

Tantum dies tres ſereni hoc menſe exſtitere vt d. 6. 7. 9.

Venti vehementes numerati ſunt quatuor vt d. 2. S W 3 nocte d. 10. S 3 et 4 d. 14. S 3 et 4 d. 23. S 3 et 4. Ceterum regnauit S.

Altitudo aquae pluuiae poll. 3. lin. 9 eſt reperta.

Grandinauit d. 15.

Menſis Nouember.

Menſis totus fuit nubilus, exceptis duobus diebus.

Ventus nullus vehemens hoc menſe ſpirauit, neque vllus prae ceteris regnaſſe dici poteſt.

Altitudo aquae pluniae poll. 1.

Lux borealis vnica eaque placida viſa d. 14. h. 11. nocte.

Neua fluuius glacie obductus d. 23. Interuallum maximum eſt 38 dierum a tempore 1718. Ceterum termini ſunt October 24 et Nouember 30. in illo 1739. et in hoc 1719. glacie Neua concreuit.

Menſis December.

Coelum 4. diebus fuit ſerenum.

Venti vehementes flauere duo, d. 17. W 3. d. 19 N 3. Ceterum venti ita variabiles fuerunt vt nullus inter eos regnauerit.

Altitudo aquae pluuiae erat = lin. 11. Nebula denſa d. 7. p. m et d. 29. a. m.

Lux borealis incompleta conſpecta eſt d. 18.

E re videtur addere hic quasdam altitudines insigniores Neuae fluuii quae mense Nouembri hoc anno accidere vt. Nouembris 20. 2. Arsch.

— — 21. 2. — $\frac{7}{16}$.
— — 22. 2. — $\frac{10}{16}$.
— — 23. 2. — $\frac{6}{16}$.

Maxima igitur fluminis altitudo fuit d. 22. = 1 Arschin. $\frac{10}{16}$ siue 6. ped. Lond. $1\frac{1}{2}$ poll. Nam Arschin = 28. poll. Lond. D. 23. vt monui in antecedentibus, glacies stetit et flumen obduxit. Patet inde simul altitudinem aquae decrescere incepisse paullo ante, quam glacies stetit. Causa ordinaria huius altitudinis aquarum Neuae hoc tempore non adfuit, scilicet ventus vehementior ex occipente. Ergo alia causa fuerit necesse est. Quum vero duas tantum causas eiusmodi altitudinum aquarum concipere liceat scilicet aut ventum vehementiorem cursui fluminis contrarium, aut aliud obstaculum, aliam resistentiam producens; et prior causa a ventis cessauerit: sequitur, vt resistentiae alii haec causa sit adsignanda, quae nulla alia esse potest quam resistentia glaciei, ita, vt alicubi obstructio facta fuerit oporteat, quo minus glacies et aqua libere se mouere potuerit, id quod et experientia confirmauit.

Ceterum ex hactenus dictis porro patent sequentia, quae, vt vno obtutu conspici possint, tanquam in tabula sucincta repraesentabimus.

1) Fuit igitur ſumma barometri altitudo per totum hunc annum = 28. 86. Februarii 15 h. 11. p. m. obſeruata.

2) Minima = 27. 25. Nouembris imo notata, hinc.

3) Differentia, vel variatio maxima 1. 61. et

4) Media huius anni = 28. 05½.

5) Porro frigus maximum = 189°. qnod in menſem Ianuarium et quidem d. 1. h. 9. a. m. incidit, conſpicitur.

6) Et calor maximus = 107°. Iulii 22. h. 2. p. m.

7) Maxima varibtio thermometrica = 82. grad.

8) Altitudo aquae pluuiae = 26. poll. paris et 9 linearum.

9) Numerus aurorarum berealium = 9.

10) Et Tonitruum = 7.

11) Itemque ventorum vehementium = 33.

12) Denique regnarunt venti S et W.

Annus ſat fertilis fuit, quamuis erat humidior.

Dedi Dec. 19. 1765.

DE

DE OBSERVATIONIBVS METEOROLOGICIS ANNI MDCCLXV ST. V. FACTIS PETROBVRGI IN ALTITVDINE SVPER MARE BALTICVM CIRCITER 25 PEDVM.

Auctore

I. A. BRAVNIO.

Idem Barometrum ſimplex, idem thermometrum ſcalae delilianae eſt adhibitum, et eadem methodus eſt obſeruata, in hiſce Obſeruationibus Meteorologicis elaborandis, ac in antecedentibus. Nihil igitur obſtat, quo minus ſtatim ad rem veniamus, et ipſas obſeruationes repreaſentemus et exhibeamus cum corrolaris. En Barometricas primum, quae ſummas et infimas altitudines cuiuslibet menſis totius anni ſecundum pollices pariſienſes eorumque partes centeſimas continent cum differentiis et conſectariis inde reſultantibus.

Barometri altitudines.

	Maximae	Minimae	Differentiae.
Ian.	20 - - 39. 06	- - 27.40. d. 8.	- - 1.66.
Febr.	6 - - 28. 78	- - 27.48. d. 15.	- - 1.30.
Martii	12 - - 28. 35	- - 27. 35. d. 13.	- - 1.00.
Apr.	11 - - 28. 50	- - 27.41. d. 26.	- - 1.09.
Maii	4 - - 28. 48	- - 27.73. d. 29.	- - 0.75.
Iunii	7 - - 28. 18	- - 27.58. d. 3.	- - 0.60.
Iulii	20 - - 28. 40	- - 27.65. d. 30.	- - 0.75.
Auguſti	19 - - 28. 42	- - 27.50. d. 28	- - 0.92.
Sept.	29 - - 28. 30	- - 27. 35. d. 7	- - 0 95.
Oct.	26 - - 28. 65	- - 27.33. d. 4	- - 1.32.
Nov.	16 - - 28. 50	- - 27. 32. d. 30	- - 1.18.
Dec.	17 - - 28. 60	- - 27.27. d. 1 et 2.	- 1.33.

Ergo altitudo Barometri maxima totius anni eſt = 29. poll. $\frac{6}{100}$ menſurae pariſienſis, quae contigit menſe Ianuario

Minima contra eſt 27. 27 obſeruata Dec. 1 et 2.

Variatio menſtrua ſeu differentia minima fuit = $\frac{60}{100}$ menſe Iunio.

Maxima autem = 1. 66. menſe Ianuario.

Si hae differentiae vel variationes Barometri menſtruae inſpiciantur, adparet, et hoc anno legem illam obtinere, primis et vltimis menſibus, quam mediis, differentias eſſe maiores.

Alti-

Altitudo barometri maxima = 29. ſub ſequentibus contigit circumſtantiis Ianuarii 20. h. 11. p. m.

Antecedentes altitudines - 28. 95. 29. 00. 29. 05.
ſequentes - - - - - - 29. 02. 28. 92.

Thermometrum monſtrabat 173. vti quoque die antecedenti ventus 00, vt quoque die antecedenti; ſequente N. 1.

Nebula admodnm denſa erat, vti quoque mane die ſequenti, vbi thermometrum erat = 179°.

Altitudo minima 27. 40. d. 3. h. 11. p. m
Antecedens altitudo 27. 55.
Sequens - - - 27. 45.

Coelum erat nubilum, ventus S W 3 et 4 per totam noctem. Ventus antecedens quoque S W et ſequens W 2 et 3.

Thermometrum monſtrabat 150, vti quoque die ſequenti antecedenti autem 167.

Ceterum altitudo maxima barometri huius anni quamuis ſatis magna, minor tamen eſt $\frac{6}{100}$ altitudine maxima alias hic obſeruata, ſcilicet 29. 12 mihi 1757 notata, quae igitur adhuc manet maxima.

Altitudo vero minima 27. 40 multo maior eſt minima alias hic obſeruata = 26. 41. ſcilicet fere pollice, quae igitur adhuc manet minima. Variatio igitur annua eſt = 1. 79. minor $\frac{72}{100}$ variatione maxima = 2. 71 huius loci ſiue 2 poll. $8\frac{1}{2}$ lin. Ergo media = 28. $16\frac{1}{2}$.

Abſo-

Abſolutis iis, quae ad obſeruationes barometricas pertinent, progrediendum nobis eſt ad obſervationes thermometricas, quae minimum calorem ſiue frigus maximum per ſingulos anni menſes cum differentiis exhibent. En ipſas obſeruationes.

	Frigus maxim.	Calor maximus	Differentia
Ian.	11. – 190	148. d. 2.	42.
Febr.	4. – 178	145. d. 26.	33.
Martii	11. – 186	138. d. 28.	48.
Aprilis	2. – 158	124. d. 21.	34.
Maiii	1. – 149	120. d. 15.	29.
Iunii	15. – 138	115. d. 8.	23.
Iulii	1. – 131	104 in ſole 96 d. 11. h. 4. p.m.	27.
Auguſti	31. – 147	118. d. 24.	29.
Sept.	30. – 152	130. d. 2.	22.
Oct.	25. – 153	134. d. 20.	19.
Nov.	25. – 171	138. d. 2.	33.
Dec.	17. – 187	147. d. 5.	40.

Ergo maximum frigus per totum annum = 190.

Calor maximus = 104°.

Differentia annua = 86°.

Differentia menſtrua maxima = 48 menſe Martio
- - - - - - - - minima = 19 Octobri.

Annotaui quoque differentias diurnas Maxima fuit Aprilis 21. 30° ſcilicet a 114 ad 147.

Et aeſtate Iulii 11 = 22° a 104 ad 126.

Si

Si conſideretur gradus frigoris et caloris, ſiue caloris minimus gradus et maximus, adparet, neque frigus, neque calorem fuiſſe extraordinarium hoc anno.

Differt omnino frigus maximum huius anni a frigore maximo alias hic obſeruato = 212 gradibus 22. Calor vero maximus 104 a calore maximo alias hic obſeruato = 97 gradibus ſeptem.

Nunc ad ipſa Meteora repraeſentanda progredimur, quae per ſingulos anni menſes contigere.

Ianuarius.

Dies ſereni hoc menſe erant 8. d. 9. 10. 11. 14. 19. 20. 25. 28.

Venti vehementes flauere tres d. 9. W 3 et 4. d. 12. W 3 et 5. d. 13. W 3.

Ceterum ventus W et S praecipue regnarunt.

Aquae niualis altitudo = 5. lin.

Nebulae erant 4. d. 2. 19. 20. 21.

Phoenomenum ſolare peculiare adparuit d. 23. et 24. arcus ſcilicet luminoſus per Solem horizontalis ad ſatis magnam amplitudinem extenſus; cui in Solis centro ſimilis arcus perpendiculariter inſiſtebat vento 00. Coelo ſereno vaporoſo.

Pars lucis borealis conſpecta d. 11. circa h. 8. veſperi. Adparuit tanquam arcus albus ex occidente ad Zenith protenſus, qui tamen diu non duravit, ſed mox eſt diſſipatus.

Februarius.

Dies ſereni et hoc menſe erant 8. d. 2. 3. 6. 10. 13. 24. 27. 28.

Aquae niualis altitudo = 11 lin. par.

Nebula d. 9. mane.

Craſſities glaciei maxima Neuae fluminis = 27 poll. Lond.

Ventus vehemens d. 26. S 3 et 4.

Ceterum regnauit ventus O.

Lux borealis placida d. 12 adparuit.

Martius.

Dies ſereni hoc menſe ſolito pauciores fuere, ſcilicet tantum 6. d. 11. 13. 15. 16. 26. 27. quum hic menſis ſaepius maiorem partem, certe dimidiam ſerenus eſſe ſoleat.

Venti vehementiores 4. d. 5. S 3 d. 10 NO 3 d. 23. W 3 et 4. d. 30. S 3 et 4.

Altitudo aquae pluuiae = 8. lin.

Nebula d. 18 et 21. mane.

Lux borealis placida d. 2. h. 10. p. m. d. 3 vento oo h. 10. p. m. d. 10. nocte ſereniſſima Barometro 28. 28. Thermometro 180. Vento NO debili d. 12. vento W 1. Barometro 28. 35. Thermometro 165. Ergo quatuor hoc menſe conſpectae ſunt.

Glacies

Glacies Neuae fluminis fracta eſt d. 29. ſiue nocte inter 28 et 29.

Aprilis.

Dies ſereni hoc menſe 18 fuere

Venti vehementiores fuere 5. d. 26. NO 3 d. 27. W 3 d. 28. W 3 d. 29. veſperi et d. 30. mane W 3.

Altitudo aquae pluuiae 1 poll. 4 lin. ſiue 16 lin. Par.

Primum tonitru e longinquo d. 9.

Lux borealis placida d. 18.

Maius.

Et hoc menſe 18. dies fuere ſereni.

Tonitrua duo d. 12 et 15.

Grandinauit d. 21.

Altitudo aquae pluuiae 22 lin. ſ. 1 poll. 10 lin.

Venti vehementiores fuere 5 d. 2. W 3 d. 7. N et O 3 d. 9. NO 3 et 4 d. 10. NO 3 d. 12. NO 3. Ceterum venti ita variabiles fuere, vt nullus regnaſſe dici queat.

Iunius.

Hoc menſe tantum fuere 16 ſereni dies.

Venti vehementiores 4 d. 9. W 3 d. 15. S 3 d. 18. S et SW 3 et 4. d. 30. S 3 et 4.

Altitudo aquae pluuiae = 3 poll. 4. lin.

Tonitrua 4 d. 8. e longinquo d. 17 et 18. nocte d. 28.

Iulius.

Dies ſereni, vt menſe antecedenti, fuere 16.

Grando ſat magna cecidit d. 14.

Ventus vehemens d. 30. SO 3 et 4. praecipue nocte.

Ventorum regnauit nullus.

Altitudo aquae pluuiae 4 poll. $8\frac{1}{2}$ lin.

Tonitrua fuere octo d. 9. d. 12. e longinquo ab h. 5 ad 8. p. m. d. 13. tonitru vehemens d. 14. inter h. 3 et 4. d. 15. circa h. 4. p. m. d. 18. inter 12 et 1 e longinquo, nulla pluuia ſequente d. 22. tonitru prope acceſſit, denique d. 30 ſequente pluuia, prope tamen non acceſſit.

Auguſtus.

Dies ſereni erant 13 hoc menſe.

Venti vehementes 6 d. 10. SW 3 d. 11. W 3 d 14. W 3 et 4. d. 27. SW 3 d. 28. W 3 et 4 d. 29. W 3 et 4.

Tonitrua tria d. 4. h. 2. a. m. e longinquo, fulgetra frequentia antecefferunt d. 18. e longinquo d. 24. h. 7. p. m. e longinquo.

Altitudo aquae pluuiae 4 poll. 9 lin.

Septem-

September.

Dies ſereni erant 11.

Venti vehementes nulli, ceterum admodum variabiles.

Altitudo aquae pluuiae = 3 poll. 4 lin.

Prima pruina et congelatio d. 13 et 14. d. 27. primae niues cecidere.

Lux borealis placida d. 9. h. 10. p. m.

Folia arborum pleraque iam d. 25. flaueſcebant, ſed in arboribus iunioribus viridia adhuc ad tempus manebant. Nam arbores iuniores non tam cito, quam vetuſtiores oleo ſuo orbantur.

October.

Dies ſereni tantum ſeptem hoc menſe numerabantur 2. 6. 8. 10. 12. 17. 25.

Venti vehementes duo d. 2. S 3 d. 29. SW 3. Ceterum S et W regnarunt.

Grando cecidit d. 13. 18 et 21.

Nebulae denſae a. m.

Altitudo aquae pluuiae 1 poll. 3 lin.

Nouember.

Dies ſereni tantum 4 hoc menſe numerabantur, ſcilicet d. 10. 11. 13. 25.

Venti vehementes 6. d. 1. W 3 nocte d. 4. W 3 d. 7. W 3 nocte potiſſimum, dein W 3 et

4 d. 18. nocte W 3 d. 23. W 3 et 4 d. 24. W 3 et 4. Ceterum venti ita varii, vt nullus regnaret.

Altitudo aquae pluuiae 1 poll. 5 lin.

Nebula denſa d. 14. a. m.

Fluuius Neua nocte inter diem 24 et 25. glacie obductus eſt, poſtquam antea iam aliquoties glacie coierat, glacies tamen rurſus ſoluta erat.

December.

Dies ſereni erant 10.

Altitudo aquae niualis = $8\frac{1}{2}$ lin.

Nebula denſa d. 6. a. m.

Venti vehementes 5 d. 4. W 3 nocte. D. 6. W 3 d. 7. NW 3 d. 8. NW 3 d. 15. NO 3.

Ex dictis fluunt ſequentia corollaria.

1) Dies ſereni fuere 136. ideoque vltra tertiam anni partem, vt ſolet.

2) Aqua pluuia = 15 poll. 4 lin. menſurae Pariſienſis.

Venti vehementes flauerunt per dies 47 inter quos fuere 13 procellae. Plurimi menſe Auguſto et Decembri ſpirauerunt. Septembri contra nullus praeter morem.

Nebulae 10.

Tonitrua per 18 dies contigere, frequentiſſima menſe Iulio erant, vt fere ſolet. Prope acces-

ſere

ſere pauca. De tonitribus repetimus, quae alibi monuimus, ea prope non accedere, vel nulla eſſe, ſi vltra 28 poll. adſcendit barometrum et in adſcenſu adhuc verſatur, quae regula et hoc anno confirmata eſt. Thermometro iuſtam habente temperiem, ne calor nimis magnus et paruus ſcilicet circiter 20, antecedere tamen poteſt calor maior.

Aurorae boreales 8.

Prima congelatio et pruina Sept. 13 et 14.

Neua flumen glacie nocte obductum eſt inter 24 et 25. Nou. a glacie vero liberatum erat nocte inter 28 et 29. Mart.

Craſſities glaciei maxima = 27 poll. Lond.

Annus ſat fertilis fuit, ſed ob copioſas pluvias menſibus Iulio, Auguſto et Septembri omnia colligi tempore debito non potuerunt.

DE

DE OBSERVATIONIBVS METEOROLOGICIS ANNO MDCCXVI. COMMENTATIO.

Auctore

IOSEPHO ADAMO BRAVNIO.

Qua methodo vti ſoleam in elaborandis obſeruationibus meteorologicis, ex ſuperioribus ſatis conſtat:

Adparent ſcilicet primum in iis obſeruationes maximae et minimae barometri cum differentiis, ſiue variationibus menſtruis per ſingulos anni menſes, nec non conſectariis et conſiderationibus.

Has excipiunt obſeruationes thermometricae de calore et frigore cum differentiis ſiue variationibus per ſingulos anni menſes, nec non conſectariis et in eas conſiderationibus. Reperiuntur adnotati in obſeruationibus hiſce ſummus et infimus calor, ſeu ſummum frigus et ſummus calor per ſingulos totius anni menſes, vnde ſummus et infimus gradus caloris et frigoris totius anni determinatur. III) Sequuntur meteora, venti potiſſimum vehementiores, pluuiae, niues, grandines, tonitrua, aurorae boreales, et ſi quid aliud notatu dignum occurrit.

IV.

IV. Denique totius anni phaenomena praecipua tanquam in tabula exhibentur, vt eo facilius comparari queant, et vno ſpectari obtutu.

Vtimur adhuc barometro ſimplici eodem, quo ante vſi ſumus, vbi numerus ante punctum pollices Pariſienſes indicat, poſt punctum vero, eorum partes centeſimas.

Thermometrum adhuc eſt mercuriale ſcalae delilianae, vbi Ziphra, nullitatis nota, calorem aquae bullientis, et numerus 150. punctum congelationis aquae indicat, deſuper ſcilicet numerando. Retinemus et praeferimus hanc ſcalam, non ſolum quoniam iam diu hic vſitata eſt, ſed potiſſimum ob ſimplicitatem ſuam. Comparatio graduum huius ſcalae cum aliis vſitatioribus facile et quaſi vno obtutu perſpici poteſt in mea tabula comparationis thermometrorum maxime vſitatorum, inſerta Tomo VII. Commentariorum Nouorum Academiae noſtrae, quae ibi conſtituit Tab. XVIII.

Obſeruationes barometricae et thermometricae ſimul eodem tempore factae ſunt in altitudine circiter 24 pedum ſupra flumen Neuam et mare Balticum.

Ordinarie ter per diem ſunt inſtitutae obſeruationes mane ſub ortum ſolis, ſi fieri potuit, quia, ceteris paribus, tunc maximum frigus ſeu minimus calor eſſe ſolet; 2) poſt meridiem inter horam ſecundam et tertiam, vel etiam hora ſecunda, quia

quia, ceteris paribus, tunc calor maximus hic existere solet, et denique vesperi hora decima, potissimum ad phaenomena, si qua se conspicienda praebent, nocturna, obseruanda.

Operculum hyetometri cylindrici figuram habet infundibili ad euaporationem impediendam.

Obseruationes acus magneticae et hoc anno ob impedimenta incurabilia omittere coactus sum.

En ipsas obseruationes, et quidem primum barometricas, Maximas et Minimas altitudines cum Differentiis per singulos anni menses repraesentantes!

Obseruationes barometricae Anni MDCCLXVI. per singulos anni menses cum Differentiis.

Altitudines.

	Maximae	Minimae	Differentiae.
Ian.	26. 28. 42	27. 39. d. 23	1. 03.
Febr.	6. 28. 57	27. 30. d. 1	1. 27.
Mart.	7. 28. 65	27. 30. d. 14	1. 35.
April.	16. 28. 40	27 15. d. 30	1. 25.
Maii	8. 28. 35	27. 48. d. 1	- 87.
Iunii	14. 28. 30	27. 63. d. 10	- 67.
Iulii	1. 28. 23	27. 53. d. 29	- 70.
Aug.	31. 28. 35	27. 43. d 22	- 92.
Sept.	19. 28. 62	27. 61. d. 15	1. 01.
Oct.	29. 28. 71	27. 40. d. 9	1. 31.
Nou.	6. 28. 65	27. 28. d. 24	1 37.
Dec.	15. 28. 65	27. 35 d. 7	1. 30.

Ergo

Ergo Maxima totius anni altitudo barometrica fuit = 28. 71 obſeruata Octobris 29. et Minima = 27. 15 Apr. 30. notata.

Ergo Differentia, ſiue variatio altitudinum barometricarum per totum annum fuit = 1. 56.

Minus eſt hoc ſpatium variationum barometricarum maximo hic alias mihi obſeruato 2. 71 ſcilicet manet altitudo ſumma barometrica 29. 12. et infima 26. 41. Illa ſtabilita a me fuit 1757. de nouo. Erat enim primum 29. 01 deinde 29. 10. anno 1750. et denique 1757. 29. 12.

Minima altitudo 26. 41; inuariata adhuc perſtitit. Manet igitur ſpatium variationum barometricarum annuum maximum 2. 71 vid. Commentariorum nouorum Academiae Tom. IX. p. 397.

Differentiae menſtruae maximae et minimae hoc anno ſequentibus fuere menſibus. Scilicet maximae menſe Nouembri 1. 37 et Martio 1. 35.

Minimae vero differentiae notatae ſunt menſe Iunio = $\frac{67}{100}$ et Iulio $\frac{70}{100}$.

Si inſpiciantur et conſiderentur hae differentiae vel variationes menſtruae; adparet et hoc anno primas et vltimas, quam medias, fuiſſe maiores. Quid igitur obſtat, quo minus haec propoſitio pro vniuerſali et lege conſtanti habeatur? Menſis Maius, Iunius, Iulius, Auguſtus habent variationes minimas, contra Ianuarius, Februarius, Martius, Apri-

lis cum menſibus Sept. Octobr. Nouembr. Decembr. maximas, ita vt primi menſes quatuor, maiores, et vltimi menſes quatuor quoque maiores, medii vero quatuor adcurate quoque minimas ſint complexi.

Ceterum maxima barometri altitudo vt indicauimus, = 28. 71 obſeruata eſt Octobris 29. h. 8 a. m. ſub ſequentibus circumſtantiis. Antecedens altitudo erat = 28. 63 et ſequens per totum diem 28. 60 quae decreuit vsque ad Nou. 2. ad 28. 10.

Thermometrum monſtrabat 148. Vento NW 1 vel vix ſenſibili, coelo nubilo, vti quoque fuit per aliquot dies antecedentes et multos ſequentes.

Ceterum haec altitudo maxima huius anni minor eſt maxima, alias iam mihi obſeruata, ſcilicet 1757 = 29. 12 $\frac{41}{100}$.

Minima altitudo = 27. 15. Aprilis 30 notata h. 2. p. m. ſub ſequentibus contigit circumſtantiis. Altitudo antecedens erat = 27. 30 ſubſequens 27. 35 et ita creuit ad 28. 05 vsque ad Maii 2.

Thermometrum monſtrabat 138. Ventus erat N O $2\frac{1}{2}$ antea 3. Coelum pluuium, mane thermometrum 149. Ningebat et grando quoque hoc die cecidit.

Ceterum minima huius anni altitudo maior eſt Minima alias iam hic obſeruata = 26. 41 $\frac{74}{100}$ ſiue fere 9 lin.

Ergo fuit hoc anno ſpatium variationum barometricarum = 1 poll. 56 partibus centeſimis. Eſt igitur

igitur minus $1\frac{15}{100}$ ſpatio variationum priſtino $= 2.71$ menſurae pariſienſis.

Ergo manet ſpatium priſtinum, per obſervationes huius anni inuariatum.

Haec hactenus de Obſeruationibus barometricis. pergendum nunc eſt ad obſeruationes Thermometricas, quae diuerſum calorem per ſingulos huius anni menſes nobis ob oculos ponunt, ſcilicet maximum et minimum caloris gradum per ſingulos anni menſes cum differentiis.

Obſeruationes Thermometricae anni MDCCLXVI ST. V. thermometro mercuriali ſcalae delilianae factae.

	Frigus max.	Calor max.	Differentia
Ian.	8. h. 9. a. m. 204	148 d. 22	et 23. 56.
Febr.	16. h. 7. a. m. 184	146 d. 20	— — 38.
Martii	7. h. 7. a. m. 176	138 d. 30	— — 38.
Apr.	21. h. 10. p. m. 158	115 d. 24 h. 2. p. m.	43.
Maii	1. h. 10. p. m. 145	107 d. 22 h. 2. p. m.	38.
Iunii	3. h. 11. p. m. 141	113 d. 29 h. 2. p. m.	28
Iulii	23 et 24 h. 7. a. m. h. 10. p. m	133	108 d. 1 et 17. h. 2. p. m. 25
Auguſti	25. h. 11. p. m. 136	112 d. 29 et 30 h. 2. p. m	24.
Sept.	30. h. 10. p. m. 153	122 d. 4. h. 2. p. m.	31.
Oct.	7. h. 7. a. m. 154	134 d. 4. h. 2. p. m.	20.
Nov.	23. h. 9. a. m. 167	143 d. 15 et 19 h. 2. p. m.	24.
Dec.	7. h. 10. p. m. 187.	146. d. 2. h. 2. p. m.	41.

Ergo frigus maximum eſt = 204. obſeruatum Ian. 8 h. 9. a. m. et calor maximus = 107 notatus Maii 22. h. 2. p. m. et Iulii 17.

Eſt igitur Differentia annua = 97 fere vt ſolet.

Quod ſi hi gradus caloris et frigoris conſiderantur et comparantur inter ſe et cum antecedentibus: adparebit frigus maximum huius anni eſſe minus frigore maximo alias hic obſeruato, ſcilicet 212, octo gradibus.

Pariter nec caloris gradus ſummus huius anni = 107 attingit gradum caloris maximum alias hic mihi obſeruatum = 97 ſed decem gradibus minor deprehenditur.

Differentia maxima igitur huius anni eſt = 97° minor differentia ſumma alias mihi notata 115°, ſcilicet a 97 ad 212.

Menſtrua maxima = 59 menſe Ianuario, et minima = 20 menſe Octobri.

Ceterum iam ſatis ex antecedentibus conſtat differentias thermometricas non ſequi certam regulam, vti barometricae ſolent.

Diurna differentia maxima = 15°, vti fere ſolet, minim. 00. ſaepius quoque.

Frigus maximum huius anni = 204 mihi eſt obſeruatum Ianuarii 8. h. 9. a. m. ſequentibus comitatum circumſtantiis.

Frigus

Frigus antecedens = 195 et ſequens 193 continuo decreuit vsque ad Ian. 10. ſcilicet ad 157. Ventus erat debilis N W 2 tam in antecedentibus, quam ſequentibus. Barometrum monſtrabat 28. 30 cuius altitudo decruit ad 27. 90 vsque ad 10. Ianuarii.

Calor maximus huius anni = 107. Maii 22 ſub ſequentibus contigit circumſtantiis.

Antecedens obſeruatio mane h. 7. facta monſtrabat 122 et veſpertina 121.

Ventus flabat ex N O. Coelum erat ſerenum, Barometrum 27. 90 ſequente 27. 85.

Haec hactenus de Obſeruationibus Barometricis et Thermometricis, earumque conſiderationibus et conſectariis; ſequitur, vt progrediamur ad recenſenda Meteora, quae ſingulis anni menſibus contigere.

Menſis Ianuarius.

Venti vehementiores hoc menſe duo flauere, nimirum d. 21. S 3 et 4. nocte potiſſimum et d. 31 S 3.

Aqua ex niue liquefacta = 1. poll. $9\frac{1}{2}$ lin. paris.

Nebulae 4 ſunt notatae d. 16. mane; d. 27. mane nebula denſiſſima, quae cecidit, ſerenitate ſequente; d. 28 nebula ſatis denſa mane; d. 29 nebula mediocris mane, quae cecidit ſerenitate ſequente.

Dies

Dies ſereni 11 fuere, vt 5. 6. 7. 8. 10. 14. 17. 20. 24. 26. 29 plures quam ordinarie eſſe ſolent.

Februarius.

Venti paululum vehementes numerati ſunt hoc menſe 4. d. 9. nocte S 3. d. 10. itidem nocte W 3. d. 11. W 3. d. 18. W 3. Nulla igitur procella.

Aqua ex niue liquefacta = 7. lin. Nebula vnica d. 16.

Dies ſereni 10. vt 3. 4. 5. 6. 7. 15. 16. 17 21. 27.

Martius.

Venti vehementiores obſeruati fuere 7. d. 3. N W 3. potiſſimum nocte d. 8. W 3. d. 9 W 3 et 4 d. 10. S et S O 3. d. 16. S 3. nocte d. 22 S 3. nocte d. 28. N O 3.

Altitudo aquae pluuiae = 16. lin. ſiue 1. poll. 4. lin. paris.

Dies ſereni fuere pauciores, quam alias ſolent, ſcilicet tantum 11 vt 3. 4. 5. 6. 7. 13. 15. 16. 24. 25. 26.

Aprilis.

Hoc menſe tres tantum venti vehementiones ſunt notati, vt d. 2. S 3 et 4. nocte potiſſimum. d. 19. N 3. d. 26. W 3 et 4.

Altitudo aquae pluuiae = 8. lin. Primum tonitru d. 24 ex occidente, quod citius contigit, quam ſolet ordinarie.

Grando

Grando cum niue cecidit d. 30. Nebula denſa vnica d. 8.

Glacies Neuae abire coepit D. 27.

Dies ſereni 22 plures, quam alias ſolent.

Maius.

Venti vehementiores quinque hoc menſe ſunt numerati vt D. 1. W 3. D. 4. W 3 et 4. D. 5. W 3 et 4. nocte D. 6. W 3 et 4. D. 31. NO 3.

Altitudo aquae pluuiae = 1 poll. 10. lin.

Grando cum pluuia cecidit d. 1.

Tonitru d. 19 et 20 cum larga pluuia 1 poll. 10. lin.

Ceterum totus menſis fuit ſerenus exceptis 4 diebus vt 1. 9. 23. 30.

Iunius.

Venti tres paullo vehementes flauerunt D. 11. N 3. D. 25. NO 3. D. 27. N 3.

Aquae pluuiae altitudo = 1 poll. 8. lin.

Tonitru d. 21 et quidem e longinquo tantum eſt auditum.

Plerique dies fuere ſereni ſcilicet, 23.

Iulius.

Venti vehementiores hoc menſe fuere quinque D. 5. N 3. D. 8. NO 3 et 4. D. 9. N 4 D. 10. NO 3 et 4. D. 18. W 3.

Duo tonitrua ſunt audita, ſcilicet d. 15. cum pluuia copioſa = 16. lin. D. 31 tonitru e longinquo nocte.

Altitudo aquae pluuiae = 2 poll. 2. lin; ſereni fuere dies 18.

Auguſtus.

Venti vehementiores fuere 2 D. 22. S et W 3 et 4. D. 26. S 9 O 3 et 4. Altitudo aquae pluuiae = 3. poll. 2. lin. Dies ſereni 13.

Tonitru nullum; quod rarius accidit.

September.

Venti vehementes contigere hoc menſe 3. D. 8 et 9. W et S W 3. D. 14. W 3.

Pruina et gelatio prima D. 19. iam eſt obſeruata.

Altitudo aquae pluuiae = 2 poll. 8. lin.

Nebulae denſae tres D. 14. 18. 26. Tonitrua tria D. 11. cum pluuia et grandine D. 14. et 15. Tonitrua raro hoc menſe Septembri hic alias contingere ſolent.

Nix cecidit d. 29.

Fulgurauit vehemementer d. 1. nocte.

Dies ſereni tantum 6. numerati ſunt.

October.

Venti vehementiores hoc menſe 4. ſunt notati, vt D. 9. W. 3. D. 12 et 13. S W 3. D. 16. S W 3.

Aquae

Aquae pluuiae altitudo = 3. poll. 4. lin.

Dies ſereni 5 vt 7. 10. 11. 15. 25.

Nouember.

Venti vehementiores fuere 4. D. 15. W 3 et 4 D. 19. N et N O 3. D. 21 nocte S 3. D. 27. S et S W 3.

Altitudo aquae pluuiae, ſeu ex niue liquefactae 8. lin.

Glacies ſtetit in flumine Neua d. 23.

Dies ſereni numerati ſunt 8 vt 10. 11. 12. 18. 19. 21. 22. 23.

December.

Venti vehementes hoc menſe flauerunt 4. D. 2. S 3 et 4. D. 7. S 3. D. 10 et 12. O 3.

Aqua ex niue lin. 14. ſiue 1. poll. 2. lin.

Dies ſereni fuere 4 vt 4. 6. 19. 27.

Ex dictis igitur adparet, primum ventos fuiſſe vehementiores per totum annum 45, anno praecedenti 47, inter quos procellae 15 fuere.

Numerus ventorum vehementium fuit maximus menſe Martio, quo ſeptem ſunt numerati et Maio, Iulio et Nouembre, quo 5 flauerunt. Pauciſſimi fuere menſe Ian. et Auguſto, vbi duo tantum ſunt notati. Ceterum nullus menſis ſine ventis vehementibus fuit, vt hic fere ſolet.

2) Altitudo aquae pluuiae et ex niue fuit $20\frac{1}{4}$ poll. anno praecedenti 15. poll. 5 lin. Humidior igitur hic annus praecedenti fuit, tamen non infertilis.

3) Pruina 1 et Congelatio Sept. 19. contigit.

4) Glacies in flumine Neua ſtetit Nou. 23. circa h. 4. circiter p. m.

5) Dies ſereni numerati ſunt 161; anno praecedenti 136.

6) Tonitrua hoc anno fuerunt 9. menſe Aprili vnum d. 24 idque primum. Maio 2. Iun 1. Iulio 2. Sept. 3.

7) Aurora borealis nulla ſaltim inſignis hoc anno eſt obſeruata, quamuis veſtigia interdum adparuerint; anno antecedenti adparuere 8 et 1762 18.

8) Altitudo Barometri maxima $=28.71$. Minima 27. 15.

9) Frigus maximum $=204$ et calor maximus 107 anno praeterito $=104°$. Et frigus maximum 190°.

EPITOME

EPITOME OBSERVATIONVM METEOROLOGICARVM A CEL. DOM. *BRAVNIO* PETROPOLI INSTITVTARVM PRO ANNO MDCCLXVII. St. V.

I.

Altitudines Barometricae ſummae et infimae per ſingulos menſes totius anni in pollicibus et partibus centeſimis pollicis pariſienſis, vna cum differentiis et altitudinibus mediis.

Menſis	Altitudo maxima			Altitudo minima			Different.	Alt. media
	Die	Hora	Poll. $\frac{1}{100}$	Die	hora	Poll. $\frac{1}{100}$	Poll. $\frac{1}{100}$	Poll. $\frac{1}{100}$
Ian.	24.	10. p. m.	28. 37	30.	10. p. m.	27. 25	1. 12	27. 81
Febr.	10.	2. p. m.	28. 45	27.	7. a. m.	26. 90	1. 55	26. 67½
Mart.	23.	7 a m	28. 78	2.	7. a. m	27. 40	1. 38	28. 09
Apr.	13.	10. p. m.	28. 45	1.	——	27. 50	0. 95	27. 97½
Maii	27.	2. p. m	28. 47	16.	——	27. 45	1. 02	27. 96
Iunii	14.	10. p. m.	28. 28	16.	7. p. m	27. 48	0. 80	27. 88
Iulii	25.	7. a. m.	28. 40	9.	10. p. m.	27. 75	0. 65	28. 07½
Aug.	27/29	——	28. 30	3.	7. a. m.	27. 85	0. 45	28. 07½
Sept.	2/11	2. p. m.	28. 35	19.	7. a. m	27. 00	1. 35	27. 67½
Oct.	13/14	——	28. 40	17.	7 a. m.	27. 15	1. 25	27. 77½
Nov.	10.	2. p. m.	28. 55	28.	9. a. m.	27. 08	1. 47	27. 81½
Dec.	10.	2. p. m.	28. 75	19/20	——	27. 25	1. 50	28. 00.

Ergo altitudo maxima totius anni $28\frac{78}{100}$ poll. paris.
et minima $26\frac{00}{100}$.

Hinc variatio maxima $1\frac{88}{100}$
media inter maximam et minimam $27\frac{84}{100}$, et media inter medias $27\frac{00}{100}$.

II.

Infimi et ſummi caloris gradus per ſingulos anni menſes, cum differentiis, ſecundum Thermometrum delilianum.

	Frigus maximum			Calor maximus			Differentia
Menſis	Die	Hora	Gradus	Die	Hora	Gradus	Gradus
Ian.	11.	9. a. m.	204	2.	2. p. m.	156	48
Febr.	1.	8. a. m.	177	8.	2. p. m.	143	34
Mart.	$\frac{4}{7}$	7. a. m.	170	$\frac{13}{20}$	2. p. m.	140	30
Apr.	6.	7. a. m.	167	27.	2. p. m.	118	49
Maii.	$\frac{8}{9}$	10. p. m.	148	23.	2. p. m.	105	43
Iunii	6.	10. p. m.	133	25.	2. p. m.	114	19
Iulii	28.	10. p. m.	135	23.	2. p. m.	104	31
Aug.	22.	7. a. m.	134	15.	2. p. m.	108	26
Sept.	21.	7. a. m.	154	4.	2. p. m.	115	39
Oct.	$\frac{13}{14}$	7. a. m.	155	6.	2. p. m.	135	20
Nov.	$\frac{25}{26}$	8. a. m.	180	7.	2. p. m.	137	43
Dec.	22.	9. a. m.	202	$\frac{4}{5}$	2. p. m.	148	54

vnde frigus maximum 204 Grad. Delil.
calor maximus 104
Hinc differentia maxima 100 Grad. Delil.

III.

III.

Meteora potiora, quae singulis anni mensibus contigerunt.

Mensis Ianuarius. Dies 10. solummodo inter serenos numerari potuerunt. Et vnicus tantum ventus procellosus fuit; d. 1. scilicet flauit ex Plaga S O, ventus IV graduum.

Altitudo aquae ex niue liquefacta = 8 lin. paris.

Aurorae boreales placidae duae obseruatae fuerunt. D. 21. scilicet hora 10. p. m. et d. 22. hora eadem.

Mensis Februarius. Tantum 3 dies sereni numerabantur, at venti vehementiores fuere 5, scilicet S. IV. d. 6 et 23; S W. IV. d. 24; S W. V. d. 27; W. IV. d. 9.

Altitudo aquae ex niue liquefactae = 5 lin. par.

Mensis Martius. Coelum dimidia mensis parte fuit serenum, scilicet per 15 dies. Venti vehementiores flauerunt 6, nimirum N. IV. d. 21 et 22; N O. IV. d. 8; N O. V. d. 26; S. V. d. 1; W. IV. d. 24.

Altitudo aquae pluuiae = 3 lin. paris.

Aurora borealis incompleta obseruata fuit d. 30. hora 10. p. m.

Mensis Aprilis. Coelum iterum dimidia mensis parte fuit serenum, id est per 15 dies. Venti vehe-

vehementiores tantum duo ſpirauerunt, ſcilicet NO. IV. d. 5 et NO. V. d. 4.

Altitudo aquae pluuiae = 2 lin. paris.

Aurora borealis incompleta obſeruata fuit d. 18. h. 10. p. m.

Glacies Neuae fluminis ſolui coepit d. 1. hora 3. p. m.

Menſis Maius. Hic menſis ſatis ſerenus fuit, cum 16 dies in ſerenis numerari potuerint. Ventus vnicus procelloſus flauit d. 5. ex Plaga W. V. graduum.

Altitudo aquae pluuiae = 3 lin. paris.

Tonuit prima vice d. 25 hora 10. p. m.

Menſis Iunius. Dies ſereni fuerunt 10. Venti procelloſi 4; nimirum O. IV. d. 24; S W. IV. d. 16. 18 et 19.

Altitudo aquae pluuiae = 4 poll. 3. lin. paris. vel = 51 lin.

Menſis Iulius. Dies ſereni 20 numerabantur, et duo venti vehementiores, qui fuerunt N O. IV. d. 7 et S. IV. d. 19.

Altitudo aquae pluuiae = 5 lin.

Tonuit d. 17. hora 2 poſt meridiem.

Menſis Auguſtus. Coelum hoc menſe 18 diebus fuit ſerenum; et d. 18. ventus vehemens IV graduum flauit ex W.

Alti-

Altitudo aquae pluuiae = 8 lin.

Tonitrua erant tria, nimirum d. 3 et 11. hora 10. p. m. porro d. 24. hora 3. p. m.

Menſis September. Nouem tantum dies ſereni obſeruati fuerunt et quatuor venti vehementiores flauerunt, ſcilicet:

N. IV. d. 18; S. IV. d. 7. 23 et 25.

Altitudo aquae pluuiae = 7 poll. vel = 84 lin. paris.

Prima pruina cum nebula d. 19. obſeruata fuit.

Tonuit vltima vice d. 4. hora 5 poſt meridiem.

Menſis October. Hic menſis 6 dies ſerenos habebat; venti procelloſi fuerunt 3, ſcilicet S W. V. d. 6.; N W. IV. d. 7 et S. V. d. 10.

Altitudo aquae pluuiae = 3 poll. 1 lin. = 37 lin. paris.

Menſis Nouember. Dies ſereni 4 tantum numerabantur, et venti procelloſi 4, qui fuerunt S. IV. d. 2; S. V. d. 22; S W. IV. d. 11 et S O. IV. d. 27.

Altitudo aquae pluuiae = 5 lin. Glacies in Neua flumine ſtetit d. 23.

Menſis December. Dies ſereni erant 5. Venti procelloſi 4, ſcilicet N. IV. d. 9; S. IV. d. 1 et 4; denique S W. IV. d. 24.

Altitudo aquae pluuiae = 4 lin. et aquae ex niue liquefactae = 10 lin.

Aurora borealis obſeruata eſt d. 30.

IV.

RECAPITVLATIO.

Obſeruationum meteorologicarum hoc anno inſtitutarum.

Venti procelloſi per totum annum flauerunt, ſcilicet:

Plagae	Gradus vehementiae IV.	V.	Summae
N.	4	0	4
N O.	3	2	5
O.	1	0	1
S. O.	2	0	2
S.	9	3	12
S W.	6	2	8
W.	3	1	4
N W.	1	0	1
Summae	29	8	37

Dies ſereni fuerunt 131.

Altitudo aquae pluuiae = 16 poll. 10 lin., et aquae ex niue liquefactae = 1 poll. 11 lin. ped. paris.

Tonitrua fuerunt 6; et quidem menſe Maio 1 Iulio 1, Auguſto 3, et Septembr. 1.

Aurorae boreales omnes placidae et incompletae obſeruatae fuerunt quatuor, ſcilicet in Ian. Febr. Mart. et Decembr.

EPITO-

EPITOME OBSERVATIONVM METEOROLOGICARVM PETROPOLI A CEL. DOM. *BRAVNIO*, ANNO MDCCLXVIII. INSTITVTARVM.

I.

Maximae et minimae Barometri altitudines per ſingulos anni menſes.

Menſis	Altitudo maxima		Altitudo minima		Differentia	Media
	Die	Poll. $\frac{1}{100}$	Die	Poll. $\frac{1}{100}$	Poll. $\frac{1}{100}$	Poll. $\frac{1}{100}$
Ian.	20	28. 85	31	27. 15	1. 70	28.00
Febr.	6	28. 63	17	27. 10	1. 53	27. 86$\frac{1}{2}$
Mart.	30	28. 45	3	26. 90	1. 55	27.67$\frac{1}{5}$
Apr.	22	28. 45	12	27. 35	1. 10	27.90
Mai.	22	28. 42	8	27. 40	1. 02	27.91
Iun.	2	28. 40	18	27. 60	0. 80	28.00
Iul.	13	28. 25	28	27. 55	0. 70	27.90
Aug.	2	28. 20	16	27. 50	0. 70	27.85
Sept.	16	28. 72	29	27. 37	1. 35	28.04$\frac{1}{2}$
Oct.	12	28. 67	22	27. 24	1. 43	27.95$\frac{1}{2}$
Nou.	30	28. 44	13	27. 35	1. 09	27.89$\frac{1}{2}$
Dec.	3	28. 74	15	26. 98	1. 76	27.86.

Ergo maxima totius anni 28 $\frac{85}{100}$ poll. pedis parisiensis die 20 Ianuarii, et minima barometri altitudo 26 $\frac{50}{100}$ poll. pedis parisiensis die 30 Martis obseruata fuit, vnde differentia maxima = 1 $\frac{95}{100}$ poll. et media inter maximam altitudinem et minimam 27, $\frac{875}{1000}$ poll. altitudo media vero barometri hoc anno deprehensa fuit 27 $\frac{605}{1000}$.

II.

Obseruationes thermometricae variationem caloris annuam per singulos anni menses indicantes.

Mensis	Frigus maximum		Calor maximus		Variatio
	Die Hora	Gradus	Die Hora	Gradus	Gradus
Ian.	22. 8. a. m.	190	3. 2. p. m.	150	40
Febr.	21. 8. a. m.	198	25. 2. p. m.	153	45
Mart.	10. 7. a. m.	178	20. 2. p. m.	140	38
April.	6. 7. a. m.	160	15. 2. p. m.	125	35
Mai.	5. 7. a. m.	149	25. 2. p. m.	112	37
Iun.	16. 7. a. m.	136	28. 2. p. m.	105	31
Iul.	31. 7. a. m.	134	14. 2. p. m.	104	30
Aug.	24. 7. a. m.	141	31. 2. p. m.	113	28
Sept.	16. 7. a. m	153	1. 2. p. m.	125	28
Oct.	20. 7. a. m	160	6. 2. p. m.	137	23
Nou.	20. 7. a. m.	160	7. 2. p. m.	142	18
Dec.	20. 7. a. m.	166	15. 2. p. m.	144	22.

Ergo frigus maximum per totum annum contigit mense Februar. die 21, hora ante meridiem 8.

Ther-

Thermometro deliliano oſtendente 198 gradus. At calor maximus, qui hoc anno fuit 104 graduum ſecundum idem thermometrum delilianum, obſervatus eſt die 14 menſis Iulii hora 2 poſt meridiem. Conſequenter variatio vel differentia maxima = 94 graduum.

III.

Meteora potiora per ſingulos anni menſes obſeruata.

Menſis Ianuarius. Coelum hoc menſe 20 diebus fuit ſerenum. Nebulae fuerunt 3. Nix parca diebus 5 et copioſa diebus 6 decidit. Pluuia minima die 31, et aurora borealis die 7 hora 10. p. m. obſeruata fuit.

Venti vehementiores 6 ſequentibus ex plagis ſpirauerunt.
S O. III. d. 19. 20. 26; S O. IV. d. 29; S O. V. d. 31; W. III. d. 27; malaciae frequentes obſervatae fuerunt.

Menſis Februarius. Dies ſereni numerabantur 17, nebulae 6; nix parca decidit diebus 6 et copioſa diebus 4, aurora borealis obſeruata fuit die 8, hora 7 p. m.

Venti flauerunt vehementes ex plagis ſequentibus
N. III. d. 8. 19. 22; N. IV. d. 5. 17; N O IV. d. 15. 27; S W. VI. d. 25. 29; S. W. V. d. 7;
W. III. d. 23; W. VI. d. 22; W. V. d. 1; quorum numerus = 14.

Menſis Martius. Menſis iterum plusquam dimidius erat ſerenus, per dies ſcilicet 17; nebulae fuerunt 9. Nix parca per 5 dies, copioſa vero per 4 dies decidit.

Venti vehementiores fuerunt 15, ex plagis ſcilicet.
S. IV. d. 3; S. V. d. 12; W. III. d. 7. 28. W. IV. d. 4. 5. 13. 24. W. V. d. 6.
N. III. d. 27; N. IV. d. 7. 8; N. V. 9. 11; NO. IV. d. 26.

Menſis Aprilis. Dies ſereni iterum 17 potuerunt numerari; nebulae 4. Nix parca per 5 dies, copioſa per 1 diem, grando vero die 20 cecidit. Pluuia parca porro per dies 10 et copioſa per dies 4 decidit.

Venti vehementes ſpirarunt 12, ſcilicet:
N. III. d. 28; N. IV. d. 29; S. III. d. 16; S W III. d. 1. 4; W. III. d. 2. 13. 21. 26. 30. W. IV. d. 25; W. V. d. 24.

Glacies Neuae fluminis ſolui coepit d. 15.

Menſis Maius. Dies ſereni fuerunt 12 nebulae 2. Ningebat d. 2 et 3 vltima vice. Grando vero per 3 dies cecidit, pluuia parca per 19 et copioſa per 8 dies.

Venti vehementiores flauerunt 16, ſcilicet
N. III. d. 26; N. IV. d. 5. 27; N O. III. d. 4. 20; N O. IV. d. 21, O. III. d. 1; O. V. d. 7;
S O. IV. d. 2; S. III. d. 13. 15; S W. III d. 29; W. III. d. 29; W. III. d. 17. W. IV. d. 11. 18. 28.

Toni-

Tonitrua erant duo, primum d. 3 et ſecundum d. 9.

Menſis Iunius. Coelum per 12 dies fuit ſerenum; nebula 1.

Pluuia parca decidit 13 diebus, et copioſa 10 diebus.

Venti procelloſi fuerunt 14, ſcilicet.
S. III. d. 8. 16; S. IV. d. 5. 13; S V. d. 11 et 12; S W III. d. 1; W. III. d. 15 et 28; W. IV. d. 10. 19. 22 et 30; N W. IV. d. 14.

Fulgurauit et tonuit vehementer die 5 mane.

Menſis Iulius. Coelum per dimidium fere menſem fuit ſerenum, per dies ſcilicet 15 Nebulae ſpiſſae d. 15 et 23. Pluit toto aëre per 11 dies, et ſaepiſſime pluuia parca cecidit.

Spirauerunt ventes procelloſi 14, nimirum.
N. III. d. 19 et 20; N. IV. d. 26; O. III. d. 10; S O. III. d. 11; S. III. d. 28;
S W. III. d. 5 et 29; W. III. d. 2 et 17; W. IV. d. 22 et 23; W. V. d. 1 et 8.

Tonitrua erant quinque, ſcilicet d. 7. 8. 16. 25 et 31.

Menſis Auguſtus. Dies ſereni 12 numerabantur, et nebula erat d. 17. Pluuia copioſa cecidit diebus 13 et ſaepius, 14 ſcilicet fuit parca.

Venti vehementiores fuerunt 13, et quidem:
N. III. d. 1 et 2; O. III. d. 9; O. IV. d. 29; S O. III. d. 13 et 23; S W. III. d. 25; S W. IV. d. 26 et 28; W. III. d. 3. 4 et 30; W. IV. d. 24.

Tonuit

Tonuit ter, die ſcilicet 16, 20 et 29.

Menſis September. Dies ſereni tantum 9 numerabantur, nebulae 7. Pluuia copioſa diebus 11 et parca diebus 11 decidit; nix vero tribus diebus et quidem d. 11 prima vice deinde d. 12 et 22, ſed parca fuit.

Flauerunt 16 venti procelloſi, nimirum N. III. d. 15; N. IV. d. 6; O. IV. d. 14; S W. III. d. 17. 18 et 19; S W. IV. d. 1. 2 et 3; S W. V. d. 28 et 29; W. III. d. 10. 21 et 27; W. V. d. 4; N W. III. d. 22.

Menſis October. Sex dies ſereni numerari potuerunt, nebulae quidem 10. Pluit toto aëre 3 diebus et parum per 4 dies. Nix e contrario copioſa per 5 dies et parca ſaepiſſime cecidit; Grandinauit d. 2.

Venti procelloſi fuerunt 12, ſcilicet:
N. III. d. 30; S O. III. d. 25; S O. IV. d. 20 et 21; S. III. d. 14 et 29; S W. III. d. 27; S W. V. d. 23 et 28; W. III. d. 2 et 3; N W. III. d. 1.

Menſis Nouember. Quatuor tantum dies ſereni obſeruati fuerunt, nebulae 3; cecidit pluuia copioſa 4 diebus, et parca 2 diebus; Nix copioſa porro die 20 et parca 10 diebus.

Venti vehementiores numerabantur 12, ſcilicet N. IV. d. 20; N O. IV. d. 29; S. IV. d. 7; S W. IV. d. 1. 15, 16, 17 et 25; S W. V. d. 6; W. III. d. 9; N W. III. d. 2; N W. V. d. 3.

Glacies

Glacies in Neua die 4 huius menſis natare coepit, quamuis demum Dec. 1. glacie coierit flumen.

Menſis December. Hic menſis iterum 6 ſolummodo dies ſerenos habebat, et 6 nebuloſos. Pluuia copioſa 3 diebus parca vero 2 diebus; nix copioſa porro 2 diebus cecidit. Eclipſis Lunae ob coelum nubilum obſeruari non potuit.

Venti vehementes fuerunt 15 ſcilicet.

O. III. d. 19; S. IV. d. 10 et 31; W. III. d. 7 et 13; W. IV. d. 2, 25, 26 et 26; W. V. d. 3, 14, 15, 16, 17 et 18.

IV.

Summa omnium obſeruationum meteorologicarum hoc anno inſtitutarum.

Barometri altitudo maxima $28\frac{85}{100}$ poll. d. 20. Ianuarii
altitudo minima $26\frac{90}{100}$ poll. d. 3. Martis

Variatio maxima $1\frac{95}{100}$ poll. ped. pariſienſis
Barometri altitudo media $27\frac{905}{1000}$ poll. ped. pariſienſis
Frigus maximum 198 Gr. d. 21. Februarii
Calor maximus 104 Gr. d. 14. Iulii

Differentia 94 Gradus ſecundum thermometrum delilianum.

Venti procelloſi per totum fuerunt 159 ſcilicet:

Plagae	Gradus Vehementiae III.	IV.	V.	Summae
N.	12	9	2	23
N O.	2	5	0	7
O.	4	2	1	7
S O.	7	4	1	12
S.	8	7	3	18
S W.	14	9	6	29
W.	26	20	12	58
N W.	3	1	1	5
Summae	76	57	26	159

Dies ſereni fuerunt 147, Nebulae 54.

Pluuiae copioſae 23 et parcae 61; grando denique quinquies cecidit; tonitrua fuerunt 11; et quidem menſe Maio 2, Iunio 1, Iulio 5, et Auguſto 3.

Aurorae boreales tantum duae obſeruatae fuerunt; d. 7ma Ianuauii ſcilicet et d. 8vo Februarii.

SVMMA-

SVMMARIVM OBSERVATIONVM METEOROLOGICARVM PETROPOLI PER SINGVLOS MENSES ANNI MDCCLXIX. FACTARVM.

Auctore

I. ALBERTO EVLERO.

Poſt obitum Cel. Dom. Prof. *Braunii*, cum mihi ab Academia Imperiali Scientiarum commiſſum fuerit munus, obſeruationes meteorologicas continuandi, quas ille maxima cum cura fere vsque ad diſceſſum ſuum conſcripſerat, inſtructus omnibus inſtrumentis ad hunc ſcopum praecipue neceſſariis, incoepi prima huius 1769. anni die, omnes variationes noſtrae atmoſphaerae ſollicite annotare, ex quibus deinceps anno elapſo ad imitationem anteceſſoris mei hoc epitome excerpſi, in quo primum obſeruationes barometricas, deinde thermometricas et tandem meteora potiora, quae ſingulis anni menſibus contigere, exhibui.

I. Barometrum.

Vſus ſum in obſeruationibus meis barometro ſimplici diametri circiter duarum linearum, iuxta quod adhuc aliud collocatum habui, vt ſpectare ſi-

mul potuerim, ſi qua differentia in altitudine occurriſſet: cumque ſcala altitudinum in pollicibus pedis pariſienſis, eiusdemque pollicis partibus vigeſimis diuiſa ſit; partes adeo centeſimas proxime aeſtimare facile mihi contigiit.

Barometrum hoc porro in hypocauſto ad altitudinem 20 propemodum pedum ſupra ſuperficiem mediam fluminis Neuae in diſtantia circiter 6000 pedum ab eius oſtio ſuſpenſum fuerat.

Pro quouis autem menſe variationes ipſas altitudinum barometricarum per lineam curuam in charta expreſſi, cuius applicatae altitudinibus ipſis, abſciſſae vero temporibus, quibus obſeruatae fuerant, correſpondent. Hunc in finem axem abſciſſarum per lineas rectas orthogonales in quater 31 partes diuiſi, quarum quaelibet ſpatium ſex horarum temporis comprehendit, ita vt ſingulae quaternae diem 24 horarum conficiant, et linea per medium cuiusque diei tranſiens horae XII. vel meridiei correſpondeat. Simili modo et axem applicatarum per rectas transuerſales in multas partes aequales ſecaui, quarum quaeque vigeſimam partem vel $\frac{5}{100}$ vnius pollicis pariſienſis repreſentat, et quas facilioris conceptus gratia duplo maiores feci, ac reuera ſunt: vti ex figura exempli cauſa adiuncta pluribus perſpicere licet.

Menſe autem quouis elapſo ex linea curua delineata ſequentia facillime concludere potui: 1. altitudi-

titudinem maximam barometri 2. eiusque altitudinem minimam, hinc 3. variationem maximam et 4. mediam inter istas altitudines. Porro 5. altitudinem mediam inter omnes, hoc est summam omnium applicatarum diuisam per numerum earum et denique 6. altitudinem frequentissimam, ea scilicet in qua curua per rectam transuersalem plurimis in punctis secatur.

En iam has obseruationes barometricas ipsas siue potius conclusiones ex illis modo supra dicto deductas, per singulos huius anni menses, quasi in tabula repraesentatas, vt vno obtutu conspici queant.

	Maxima		Minima					
Mensis	D. H.	Altit.	D. H.	Altit.	Variat.	Medium.	Altit. media	Altit. frequent.
Ian.	9. 9 p.	28.90	18.2.p.	26.84	2. 06	27. 87	28.00	28. 15
Febr.	25.p.m.	28.66	17.9.p.	27.58	1. 08	28. 12	28.15	27. 75
Mart.	18.p.m.	28.70	28.2.p.	27.74	0. 96	28. 22	28.19	28. 00
Apr.	16.9.p.	28.64	19.1.p.	27.78	0. 86	28. 21	28.12	28. 10
Maius	13.2.p.	28.64	10.4.p.	27.80	0. 84	28. 22	28.14	27. 95
Iunius	14.6.a.	28.24	26.6.a.	27.48	0. 81	27. 88	27.85	27. 78
Iulius	8 ——	28.39	26.7.a.	27.55	0. 84	27 97	27.99	27. 95
Aug.	28.9.p.	28.18	12.2.p.	27.55	0. 63	27. 86	27.87	27. 90
Sept.	24.2.p.	28.46	14.2.p.	27.42	1. 04	27. 94	27.98	27. 90
Oct.	2.11.p.	28.68	26.8.a.	27.64	1. 04	28. 16	28.06	28. 15
Nov.	29.11.p.	28.53	15.8.a.	27.25	1. 28	27. 89	27.82	27. 95
Dec.	19.5.p.	28.58	10.9.p.	27.09	1. 49	27. 83	27.94	28. 10

In prima et ſecunda columna, primus numerus indicat diem menſis et ſecundus horam, qua altitudo ſequens barometri obſeruata fuit. Hic porro *a* horam ante meridianam et *p* poſtmeridianam ſignificat; vbi autem nulla hora adſcripta deprehenditur, ibi altitudo conſtanter eadem fuit vel per totam diem vel ſolum per partem ſiue ante- ſiue poſtmeridianam. Altitudines vero ipſae et variationes hic in pollicibus et partibus centeſimis vnius pollicis annotatae ſunt, ita vt numeri priores ad ſiniſtram puncti poſiti pollices ipſos, poſteriores vero ad dextram partes eius centeſimas monſtrent.

Per totum autem annum fuiſſe inuenitur.

1. Altitudo maxima barometri 28. 90 hoc eſt $28\frac{9}{10}$ poll. menſe Ianuario die 9. h. 9. veſperi. Thermom. Delisl. 163. Coelum ſerenum Vent. O.
2. Altitudo minima barometri 26. 84. i. e. $26\frac{84}{100}$ poll. eodem menſe Ianuario die 18. h. 2. poſt meridiem. Therm. Deslisl. 158. coelum nubibus obductum. Nix, ventus vehementiſſimus ex regione N — O.
3. Variatio maxima 2. 06 vel $2\frac{6}{100}$ poll. hoc anno ſpatio 9 tantum dierum percurſa.
4. Medium inter maximam altitudinem et minimam 27. 87 h. e. $27\frac{87}{100}$ poll.
5. Altitudo media inter omnes obſeruatas 28. 01. i. e. $28\frac{1}{100}$ poll.

6. Al-

6. Altitudo, quam frequentiſſimam appello 27. 90 vel $27\frac{9}{10}$ poll. In hac ſcilicet altitudine curva per transuerſalem in 125 punctis ſecatur: cum tantum ad altitudinem mediam veram in 119 punctis et ad mediam ex maxima et minima concluſam in 121 punctis ſecari deprehenditur.

II. Thermometrum.

Duo Thermometra Deliliana adhibui, quorum ſcala ſatis eſt nota, indicatur ſcilicet in ea calor aquae bullientis per ciphram et punctum congelationis naturalis per numerum 150. Haec vero Thermometra Petropoli facta et mercurio impleta pulcherrime inter ſe congruere deprehendi. Alterum Boream et alterum occidentem verſus ſuſpenſum fuit. Tunc quauis die ter annotaui ſtatum condenſationis mercurii in vno alteroue. Mane ſcilicet quantum fieri potuit paulo ante vel poſt Solis ortum, deinde poſt meridiem circa horam ſecundam et denique veſperi hora circiter decima. Elapſo autem hoc modo menſe, tranſcripſi praecipue

I. Altitudinem maximam Thermometri ſiue gradum caloris maximi.

II. Altitudinem minimam Thermometri ſiue gradum frigoris maximi; indeque

III. Differentiam harum altitudinum, ſeu variationem maximam Thermometri.

En iam haec momenta pro ſingulis huius anni menſibus. Ther-

Thermometri Deliliani.

	altit. maxima			altit. minima			Variatio
Menſe	die	hora	gradus	die	hora	gradus	gradus
Ian.	7.	3. p.	148	21.	8. a.	192	44
Febr.	$\frac{18.}{19.}$	$\frac{3.}{3.}$ $\frac{p.}{p.}$	147	27.	7. a.	181	34
Mart.	31.	4. p.	142	30.	7. a.	169	27
Apr.	27.	3. p.	123	11.	6 a.	154	31
Maii	17.	2. p.	114	3.	7. a.	143	29
Iunii	19.	2. p.	118	3.	9. p.	136	18
Iulii	11.	2. p.	112	$\frac{24.}{27.}$	7. a.	134	22
Aug.	3.	2. p.	119	31.	7. a.	139	20
Sept.	3.	2. p.	125	21.	9. p.	150	25
Oct.	5.	2. p.	142	$\frac{17.}{31.}$	$\frac{9.}{9.}$ $\frac{p.}{p.}$	$\frac{164}{171}$	$\frac{22}{29}$
Nov.	$\frac{11.}{13.}$	2. p.	146	$\frac{6.}{7.}$	$\frac{8.}{10.}$ $\frac{a.}{p.}$	176	30
Dec.	10.	11. p.	150	9.	8. a.	194	44

vbi iterum littera *a* horam ante meridiem, et *p* poſt meridianam ſignificat.

Hinc autem patet per totam annum fuiſſe

Altitudinem Thermometri maximam ſeu gradum caloris maximi 112 menſe Iulii die 11. h. 2. poſt meridiem. Barometer $28\frac{20}{100}$ poll. Coelum ſerenum. Malacia.

Altitudinem Thermometri minimam ſeu gradum frigoris maximi 194 menſe Decembris die 9. h. 8. ante meridiana Barometro $28\frac{3}{100}$ poll. Coelo exiſtente ſereno et vento vehementer flante ex plaga OST. Vnde

Varia-

Variatio Thermometri maxima per totum annum fuit 82 grad. Delil.

Tunc vero pro ſingulis diebus ſtatum Thermometri medium conſideraui, et quatenus illum vel inter limites 100 et 110, vel inter 110 et 120, vel inter 120 et 130 etc. gradus contentum deprehendi; diebus hoc modo in claſſes diſtributis, facile mihi fuit colligere, quot dies in menſe quolibet minus vel plus frigidi, quot dies minus vel plus calidi fuerant: vti hoc ex tabula ſubiuncta pluribus liquet.

	Status Thermometri inter								
Menſes	110 et 120	120 et 130	130 et 140	140 et 150	150 et 160	160 et 170	170 et 180	180 et 190	190 et 200
	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies
Ianuarius				4	12	5	7	2	1
Februarius				4	16	7	1		
Martius				14	15	2			
Aprilis		1	5	21	3				
Maius	5	12	12	2					
Iunius	2	15	13						
Iulius	5	18	8						
Auguſtus	2	13	16						
September		1	13	16					
October				7	17	7			
Nouember				6	11	11	2		
December					6	15	7	2	1
in toto anno	14	60	67	74	80	47	17	4	2

Hinc ſequitur hoc anno 1769, fuiſſe 2 dies frigidiores 190 gradibus, 6 dies frigidiores 180 grad. 23 dies frigidiores 170 grad. 70 dies frigidiores 160 grad. 150 dies frigidiores 150 grad. 224 dies frigidiores 140 grad. Et vice verſa 12 dies fuerunt calidiores 120 gradibus; 74 dies calidiores 130 grad. 141 dies calidiores 140 : 215 dies calidiores 150 gradibus etc. Ita vt ſtatum medium Thermometri 146 grad. ſtatuere poſſimus, quatenus ſcilicet totidem dies frigidiores fuerunt 146 gradibus quot dies hoc eodem termino calidiores fuiſſe deprehenduntur.

III. Conſtitutio coeli.

Tabula ſequens indicat per ſingulos menſes anni 1mo quot dies ſereni, 2do quot dies pluuioſi, 3^tio quot niales et 4to quot ventoſi fuerunt.

Menſe	dies ſereni	dies pluuioſi	dies niuoſi	dies procelloſi	Malacia
					dies
Ianuario	8	—	8	7	4
Februar.	6	2	10	6	6
Martio	13	5	7	8	2
Aprili	10	6	4	8	—
Maio	15	13	—	11	—
Iunio	6	16	—	16	—
Iulio	11	18	—	12	2
Auguſto	6	16	—	14	—
Septembri	1	12	5	13	—
Octobri	3	2	10	8	—
Nouembri	7	2	15	16	—
Decembri	4	—	15	16	—
per totum annum	90	92	74	135	14.

Ita

Ita vt per totum annum 90 dies fuerint sereni; et 135 procellosi; pluuia vero cecidit per dies 92 et nix per dies 74. Malacia denique per 12 dies regnauit.

IV. Directiones venti.

Mense	Plagae									
	Nord	N — O	Ost	S — O	Süd	S — W	West	N — W	variabl.	nulla
	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies	dies
Ianuario	3	2	3	—	8	3	7	1	—	4
Februario	3	1	—	1	11	1	5	—	—	6
Martio	4	4	4	3	5	4	5	—	—	2
Aprili	3	3	4	1	2	7	10	—	—	—
Maii	2	6	5	3	1	7	7	—	—	—
Iunio	6	6	1	—	—	8	3	6	—	—
Iulio	6	13	—	—	4	—	—	2	4	2
Augusto	6	9	2	—	2	6	1	5	—	—
Septembri	11	4	3	1	2	4	1	4	—	—
Octobri	7	5	10	1	2	1	—	5	—	—
Nouembri	6	8	—	—	1	3	6	6	—	—
Decembri	3	11	11	5	1	—	—	—	—	—
per totum annum	60	72	43	15	39	44	45	29	4	14

Hinc patet hoc anno maxime boream et caeciam praecipue regnasse.

V. Tonitru.

Tonitrua fuerunt hoc anno 12, et quidem
Menſe Maii 5. die ſcilicet 17. 18. 19. 22 et 31.
Menſe Iunii 3. die 1. 6 et 19.
Menſe Iulii 1. die 20 et
Menſe Auguſti 3. die ſcilicet 3, 4 et 12.

VI. Aurorae boreales.

Aurorae boreales hoc anno obſeruatae fuerunt decem ſequentes.

1. Die 12. Septembris hora 8va vsque ad 10^{mam} apparebat in regione N–N–W lumen purpureum, quod ad occidentem vsque ad altitudinem 75 fere graduum extendebatur.

2. Die 27. Septembris hora 9na obſeruatum fuit per tempus 15 min. prim. ſimile lumen purpureum verſus boream, ſed tantum ad altitudinem 35 graduum aſcendebat.

3. Die 13. Octobris hora 8va vsque ad mediam noctem, lumen boreale ſplendidiſſimum radians colore iridis admodum viuido, plusquam dimidium horizontem occupabat et Zenith vltra 15 gradus transgrediebatur. Radii permulti verſus meridiem, orientem et occidentem emittebantur. Ventus vehementer flabat ex plaga S–W, et notatu praecipue dignum erat totum coelum adeo fuiſſe illuminatum, vt ſcripta

pta distincte legere potuerimus: nullam autem vmbram animaduertimus.

4. Die 15. Octobris hora 11ma vsque ad mediam noctem apparebat lumen boreale albidum, fulmina vsque ad altitudinem 80 graduum iaculans et cis et vltra boream, partem horizontis fere 50 graduum occupans.

5. Die 16. Octobris hora 9na lumen debile subalbidum per quartam horae partem obseruatum fuit.

6. Die 21. Octobris hora 10ma iterum lumen debile fulgurans colore luteo apparuit.

7. Die 6. Nouembris hora 8va vsque ad 10^{mam} apparebat lumen simile illi, quod die 13 Octobris obseruatum fuit, radios coloratos vsque ad Zenith iaculans et fere dimidium horizontis occupans.

8. Die 12. Nouembris hora 11ma vsque ad 1^{mam} post mediam noctem, lumen boreale admodum splendidum cuius, radii ad altitudinem 60 graduum ascendebant.

9. Die 21. Nouembris hora 10ma per tempus quatuor horarum visibile fuit lumen simile praecedenti plurimis cum radiis coloratis. Denique

10. Die 23. Nouembris hora 9na vsque ad 11^{mam} apparebat lumen boreale subalbidum sed debile.

VII. Alia quaedam meteora.

I. Die 2 Auguſti hora prima poſt meridiem halo Solis duplex, ſeu duae coronae Solem ambientes, diametri 40 graduum vna cum tribus parheliis obſeruatae fuerunt.

II. Die 30 Nouembris halo Lunae quadruplex pulcherrime colorata apparuit.

III. Die 12 Decembris apparuerunt duae columnae coloratae ad bina latera Solis.

IV. Die 23 Decembris denique hora 11ma vsque ad meridiem obſeruata halo Solis ſplendida, diametri 60 fere graduum.

VIII. Glacies fluminis Neuae.

Die 6 Aprilis flumen liberatum fuit a glacie et die 17 Octobris apparuerunt glacies permultae, ita vt die 20ma eiusdem flumen iam tectum fuerit.

De

De refractione horizontali ſub latitudine boreali 67°. 4′/2.

Transmiſit ad Academiam Cl. Dn. *Mallet* calculos aliquot obſeruationum in oppido *Ponoi* ab ipſo inſtitutarum, ex quibus pro iſta latitudine quantitatem refractionis horizontalis determinauit. Cum igitur obſeruationibus in iſtis regionibus, iisque ab Aſtronomo tam ſolerti habitis minime abundemus, iſtas his paginis inferendas duximus; et comparationem cum praeſtantioribus tabulis refractionis ſubiungemus.

1769. Die 19. Iunii nou. ſtil. in oppido *Ponoi*.

Altit. ⊙ appar	Refr. obſerv.	ex tab. Bradl.	Differ.	ex tab. De la Caille	Differ.
1°. 10′. 28″.	12′. 58″. 0	23′. 17″.	—19″.	. . . 23′. 44″. 7.	—46″.7
8°. 50′. 0″.	5′. 31″. 8.	5′. 54″. 8.	—23″.	. . . 6′. 46″. 8.	—45″.0
8°. 40′. 0″.	5′. 42″. 5.	6′. 1″. 3.	—18″.8	. . . 6′. 23″. 7.	—41″.2
8°. 30′. 0″.	5′. 45″. 4.	6′. 8″. 0.	—22″.6	. . . 6′. 30″. 5.	—45″.1
8°. 20′. 0″.	5′. 56″. 7.	6′. 14″. 8.	—18″.1	. . . 6′. 37″. 3.	—40″.6
8°. 10′. 0″.	6′. 3″. 2.	6′. 22″. 0.	—18″.8	. . . 6′. 44″. 1.	—40″.9
7°. 50′. 0″.	6′. 16″. 4.	6′. 37″. 1.	—20″.7	. . . 6′. 59″. 3.	—42″.9

Hae refractiones ſunt mediae, correctae et reductae ad altitudinem barometri 28. poll. et ad gradum thermometri Reaumuriani 10. infra Zero. Sed id potiſſimum in his obſeruationibus deſiderari poſſe videtur, quod vno eodemque die omnes ſunt inſtitutae; vnde, quantum ſint adſectae ab conſtitutione atmoſphae-

mosphaerae, iudicari non potest; videntur tamen confirmare, quod et aliis obseruationibus constat, quantitatem refractionis in regionibus versus boream sitis non admodum discrepare ab ea, quae in plagis meridionalibus obtinet.

ERRATA.

Pag. 170. Lin. 22 Loco $3^{h}.\ 16'.\ 58''$ Log. $3^{h}.\ 15'.\ 58''$.
26 loco $3^{h}.\ 19'.\ 12''$ lege $3^{h}.\ 18'.\ 12''$
ead. lin. loco minorem lege maiorem.
pag. 195. lin. 11. loco $0^{h}.\ 45'.\ 32''.2$ lege $0^{h}.\ 46'.\ 32''.2$
pag. 201. lin. 22. loco $1'.\ 11''.1$ lege $1'.\ 3''.3$.
et loco 16 lege 26.
pag. 203. lin. 25. loco *horiz.* lege *vertic.*
pag. 211. lin. 12. loco Emersio III. Satell. lege Immersio III. Satell.
pag. 212. lin. 14. loco $\frac{13}{24}$ Maii lege $\frac{13}{24}$ Iunii.
pag. 214. lin. 6 et 7. loco $0^{h}.\ 6'.\ 58''$ lege $0^{h}.\ 6'.\ 28''$ et loco $12'$ in prima columna lege $21'$; vnde meridies verus $0^{h}.\ 6'.\ 33''$.
Ibid. lin. 15. loco $9^{h}.\ 53'.\ 10''$ lege $9^{h}.\ 53'.\ 29''$.
pag. 216. lin. 15. loco $9^{h}.\ 53'.\ 10''$. lege $9^{h}.\ 53'.\ 29''$.
lin. 17. loco $11'.\ 59''$. lege $12'.\ 18''$.
pag. 252. Lin. penult. $25'.\ 21''$ leg. $25'.\ 39''$.
Lin. vlt. Loco $10''$ Leg. $9'$.
pag. 253. Lin. 3. loco $13'.\ 20''$ Leg. $13'.\ 15''$.
5. $3^{h}.\ 44'.\ 1''$ Leg. $3^{h}.\ 44'.\ 19''$.
6. $3.\ 44.\ 23$ Leg. $3.\ 44.\ 18$.
10. $25'.\ 43''$. Leg. $26'.\ 2''$.
ead. $13.\ 23$ Leg. $13.\ 22$
12. $3^{h}.44'.23''$ Leg. $3^{h}.\ 44'.\ 42''$.
ead. $3.\ 44.\ 26$ Leg. $3.\ 44.\ 25$.
14. $3.\ 44.\ 26$ Leg. $3.\ 44.\ 26$.
In Titulo Partis I^mae loco MDCCLIX. lege MDCCLXIX.

BRITISH NATURAL HISTORY.

Ad Observationem Mayeri.







Situs macularum
tempore eclipseos Solaris
apparens in tubo Astronomico.



Fig. 2.



Fig. 3.

Septentrio



Fig. 4.

Austrum

Fig 1



Fig 2



Fig 3



Fig 4

Fig. 2.





Fig. 4.

Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 5.



Fig. 10.



Fig. 11.



Fig. 13.



Fig 1

Fig 2





Fig 3.



Fig. 4.

Fig 5



Fig 6



Fig. 7.



Fig. 8.



Fig 9.



Fig 10



Fig. 11.



Fig 12.

Fig 13



I.



Fig. 2.





Fig. 4.





Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 8.


Fig. 1
B
V
A


Fig. 2.
B
A


Fig. 3
B
V
A


Fig. 4
B
A


Fig. 5
B
A


Fig. 6
B


B
A


B
A



Fig. 10.



Fig. 12.



Fig. 14.



Fig. 16.



Fig. 9



Fig. 10



Fig. 11



Fig. 12



Fig. 13.



Fig. 14



Fig. 15



Fig. 16



Fig. 17



Fig. 19.



Fig. 21.



Fig. 22.



Fig. 24.



Fig 18



Fig 19



Fig 21





Fig 20



Fig 22



Fig 23



Fig 24



Fig. 25.



Fig. 26.

Fig. 27.





Fig. 28.



Fig 25.



Fig 26



Fig 27



Fig 28

Altit skae, et Iakoutzki observatae.



Altitudines Barometrae Tabulae per lineas curvas repraesentantur, quarum abscissae tempora. Ne autem hae curvae flexibus earum tortuosis nimium nectantur; ometri Ponoi, Kolae, Orskae et Iakutzki observatas: ita ut pro oppido entesimae pollicis parisini addendae sint ad altitudines barometricas hic no

Altitudines Barometri per mensem Mart Anni MDCCLXIX Petropoli, Kolae, Ponoi, Umbae Oriskae, et Iakoutzki observatae



Explicatio Figurae

Altitudines Barometricae mense Mart Anni MDCCLXIX Petropoli Kolae Ponoi Umbae Oriskae et Iakutzki Sit vel observatae in hac Tabula per lineas curvas repraesentantur quarum abscissae temporibus observationum ad meridianum petropolitanum reductis et applicatae altitudinibus barom ipsis respondent Ne autem hae curvae flexibus earum tortuosis dat ut pro oppido Ponoi 20 partes centesimae pro Kola et Orsk vero 300 ejusmodi partes et pro Iakutzk adeo 320 partes centesimae pollicis parisini addendae sint ad altitudines barometricas hic notatas